This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

551
1

C 551.1

Harvard College Library

FROM THE

SALISBURY FUND

Given in 1858 by STEPHEN SALISBURY, of Worcester, Mass. (Class of 1817), for "the purchase of books in the Greek and Latin languages, and books in other languages illustrating Greek and Latin books."

CORPVS
SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM
LATINORVM

EDITVM CONSILIO ET IMPENSIS

ACADEMIAE LITTERARVM CAESAREAE

VINDOBONENSIS

VOL. XXXVI

SANCTI AVRELI AVGVSTINI

OPERA (SECT. I PARS 2):

RETRACTATIONVM LIBRI DVO

EX RECENSIONE

PII KNÖLL

VINDOBONAE
F. TEMPSKY

LIPSIAE
G. FREYTAG

MDCCCCII.

SANCTI

AVRELII AVGVSTINI

RETRACTATIONVM

LIBRI DVO

RECENSVIT

ET

COMMENTARIO CRITICO INSTRVXIT

PIVS KNÖLL

VINDOBONAE
F. TEMPSKY

LIPSIAE
G. FREYTAG

MDCCCCII.

C551.1

Salisbury fund.

Typis expressit Rudolphus M. Rohrer, Brunae

PRAEFATIO.

S. Aurelius Augustinus cum sub finem uitae laboris et contentionis plenae annum aetatis fere septuagesimum quartum agens a. 427 libros, quos inde ab ineunte adulescentia scripserat, praeter epistulas et sermones recognoscere aggrederetur, primum id egit, ut exponeret, quo temporum ordine quibusque de causis unusquisque ortus esset, tum autem, ut eas sententias, quibus haeretici, imprimis Pelagiani, ad defendendam haeresem suam abuti possent, uel explicando uel corrigendo subdolae eorum et maliuolae interpretationi extorqueret. quo factum est, ut prioribus opusculis eius duo libri accederent, quas ipse Retractationes nuncupasse uidetur. quarum editionem cum mihi Academia litterarum Vindobonensis iniunxisset, ante omnia elaboraui, ut quotquot indagare potui codices conferrem uel conferendos curarem, quorum subsidio adiutus laborem subirem.

Libri manuscripti, quibus Retractationes traditae sunt, in duas familias discedunt. alterius familiae et aetate et uirtute principem locum obtinet codex Petropolitanus[1]) n. 199. C L. Otd. 1 membranaceus, 0·27 m altus, 0·17 m latus, VIII s. litteris, quae langobardicae uocantur, exaratus. specimen scripturae simillimum est apud Arndt *Schrifttafeln vol. I tab. VI ed. 3.* liber olim monasterii s. Petri Corbeiensis erat, ubi etiam scriptus esse uidetur. unde circa annum 1638 propter turbas bellicas in monasterium sancti Germani a Pratis Parisios cum aliis pretiosis manuscriptis translatus est, id quod pluribus Leopoldus Delisle in opere,

[1]) Agit de codice Gillert *N. Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde V. (1880.)*

cui inscribitur: *Le Cabinet des manuscrits II, p. 137 sq.* narrauit. num Montfaucon eum a. 1677 ibi uiderit, incertum est. nam duo Retractationum codices, quos in *Bibliotheca bibliothecarum II, p. 1126* sub n. 200 et 224 laudat, a nostro diuersi esse uidentur. ex monasterio Sangermanensi anno 1791 furto ablatus in possessionem Petri Dubrowsky, a secretis legati Rossici, transiit, qui eum cum compluribus aliis uetustis manuscriptis in patriam suam transportatum imperatori donauit; nunc autem in bibliotheca caesarea asseruatur. qua de re uide sis L. Delisle l. l. *II p. 52 et 55*, ubi sub catalogi recentioris numero 737 „*Augustini retractationum libros duos VIIIe s. Écriture lombardique*“ laudat. liber 65 foliorum Retractationes praemissis capitulis et prologo inde a fol. 1^a ad fol. 64^a continet; tria folia membranacea in fronte libri uacua relicta sunt. quaterniones notati sunt in calce folii 7^a littera *a*, in fol. 15^a littera *b*, in fol. 23^a et 31^a litteris *c* et *d*; sequitur semiquaternio, qui notatus est littera *e* in fol. 35^a, quem quaterniones litteris *f*, *g*, *h* in fol. 43^a, 51^a, 59^a notati excipiunt. singulae paginae tricenis uersibus constant; numerus autem litterarum uersuum singulorum non idem est, cum litterae magnitudine inter se differant; nam librarius in foll. 24^r sqq. et in foll. 52^r sqq. litteris aliquanto maioribus et crassioribus, uerbis magis diductis quam in priore libri parte usus est. dubitandum tamen non esse uidetur, quin totus ab una eademque manu scriptus sit. in fronte prioris tegumenti haec uerba inauratis litteris impressa leguntur: *AUGUSTINI | RETRACTATIONES | MANUSCRIPTVM | LONGOBARDICIS | LITTERIS | SAECULI | OCTAVI.* in dorso alterius tegumenti nomen Petri Dubrowsky item inauratis litteris impressum est: *EX MUSEO | PETRI | DUBROWSKY.* in margine summo folii 1^r uacui *C* littera scripta est, cui addidit manus XV fere saeculi: *Corbeiensis | Monast.* paulo inferius a manu XVII, ut uidetur, saeculi, fortasse ab ipsis Maurinis, adnotatum est: *Hic continentur | Retractationum S. Augustini | Libri duo.* haud multo inferius manus XIII uel XIIII saeculi scripsit: *Retractacionū augustini lib^i. I·I· Liber sci pet^i*

corbeie. alius autem scriba fortasse stili probandi causa haec ascripsit: *primo tempore alleuiata ē tra zabulon,* quod est initium capitis VII uersus 1 Esaiae prophetae secundum uulgatam uersionem. in folii 1ᵘ margine summo iterata est manu Maurinorum inscriptio: *Retractationum S. Augustini | Libri duo;* deinde iam capitula librorum enarrantur.

In calce autem libri, fol. 65ᵘ, scriptae leguntur litterae *OTD 1,* quas sequitur nota bibliographica lingua et litteris Rossicis conscripta. infra haec uerba a m. XII uel XIII s. scripta sunt: *liber sancti petri corbeie qui furatus fuerit | anathema sit ‖. Celestinus eps seruus seruorum dei dilecto filio suo abbi Corbeien | Salt et aplicam benedictioem. Ad audientiam apostolatus un*[1]*)* | et post spatium uacuum trium uersuum eadem manus hunc uersiculum addidit: *Cum p tres casus neutrū genus optineat plus.*

Librarius uerba atramento pallido scriptura langobardica exarauit, inscriptiones autem capitum, imprimis initio libri fere ubique litteris uncialibus ita scripsit, ut primum quemque uersum minio pictum alter sequatur, qui uiridi colore illitus est, tertius rursus rubricatus sit atque ita ceteri deinceps. nonnusquam autem, maxime sub finem libri (uelut in cap. II, 27. 33. 35. 36. 37. 38—41. 77 sqq.) prima uel ultima uerba capitum miniatis uel uiridibus litteris uncialibus sunt depicta, cum tituli ipsi capitum litteris langobardicis minusculis atramento nigro scripti sint.

Tres autem emendatores liber, postquam exaratus est, passus esse uidetur. atque primus quidem aetate librarii atramento eodem pallenti pauca quaedam menda ad exemplar eiusdem libri, unde C descriptus est, sustulisse censendus est, cum lapsus nonnullos calami corrigeret uel dittographias deleret. non ita uerecunde rem gessit alter, qui uno fere saeculo post nigro atramento uerba emendauit; iste enim adeo sibi non temperauit, ut, si codex C nunc speciem interpolatissimi libri

[1]) Gillert l. l. per errorem *alberti* pro *abbi* (= *abbati*) et *nostri* pro *un* legit.

prae se fert, istius potissimum culpa factum esse censendum sit. nam iste non solum leuiuscula quaedam corrigebat, cum euanidas litteras primarias atramento suo obducens redintegrabat, uel pro minusculis maiusculas litteras inserebat (uelut *Itemque* pro *itemque* p. 13, 4 scribens) uel compendia quaedam scripturae in textu aut in margine soluebat (uelut pro $\overline{sps}$ scribens *spiritus*) uel cum peculiarem librarii orthographiam mutabat (uelut *e* pro *i*, *i* pro *e*, *o* pro *u*, *u* pro *o* substituens); multo autem magis deplorandum est, quod iste corrector ex alio alterius familiae exemplari uerbis librarii aut expunctis aut rasura deletis scripturas istius libri aut supra uersus aut in lituris ascripsit. plerumque quidem corrector iste uerbis a librario exaratis uerecunde pepercit; nonnumquam uero ita radicitus primariam scripturam deleuit, ut, nisi alius eiusdem familiae codex scripturam primae manus seruasset, prorsus ignoraremus, quid primitus in C scriptum esset; uelut uerba I, 12, 2 (p. 58, 4) *euanescamus*, I, 12, 9 (p. 62, 12) *transeuntium*, I, 14, 11 (p. 80, 16) *sanata*, II, 66, 1 (p. 178, 16) *uno die* partim uel tota a manu istius correctoris scripta sunt; primarias uero scripturas fuisse *uane sciamus*, *transeuntem*, *ista*, *num idie* scripturae libri D testantur. has autem alterius manus interpolationes tertius corrector rectissimo iudicio usus delendas scripturasque primarias restituendas esse censuit.

Peculiari autem scriptura in rebus orthographicis, sicut iam supra dixi, librarius usus est. saepe enim scripsit:

e pro *i*: uelut *legeret* (p. 10, 9), *possedeamus* (p. 15, 13), *condedit* (p. 16, 8), *uero* (p. 18, 12), *accepi* (p. 88, 16), *relegio* (p. 67, 17), *siue* pro *sibi* (p. 51, 1)

e pro *oe*: *pena*, *penalis* (p. 73, 9)

ae pro *e*: *adsiduae* (p. 14, 13), *praesentae* (p. 141, 14), *trinitatae* (p. 147, 6)

i pro *a*: *quintum* (p. 201, 5), *miximinus* (p. 179, 1), *acipite* pro *a capite* (p. 148, 1), *mendicio* (p. 129, 16)

i pro *e*: *uiro* (p. 8, 13), *cathecuminus* (p. 10, 1), *proibit* et *debit* (p. 12, 5, 12), *placit* (p. 16, 13)

i pro *o*: *silito* (p. 181, 3)

i pro *y*: *phitonissa* (p. 133, 11), *presbiteri* (p. 183, 10), *porfirio* (p. 168, 7)

i uel *hi* protheticum superflue addidit: *iscisma* et *hiscismaticus* (p. 162, 13, 174, 3)

hi omisit: *spani* pro *hispani* (p. 138, 10)

u pro *o*: *censurio* (p. 7, 6), *ignuscatur* (p. 10, 5), *reculo* (p. 14, 11), *contruuersia* (p. 16, 2), *sula* (p. 114, 6), *romanus* (p. 114, 4), *geneseus* (p. 49, 7), *propusuit* (p. 168, 5), *lutum* (p. 193, 4)

u pro *e*: *utilitur* (p. 68, 9), *diligentur* (p. 175, 17)

u omisit: *alid* pro *aliud* (p. 120, 5)

u pro *b*: *deuerem* (p. 18, 13), *corruptiuilia* (p. 24, 9), *concuuitu* (p. 193, 3)

o pro *u*: *lectoris* (p. 10, 6), *opuscola* (p. 10, 9), *noncupabant* (p. 17, 6), *poniuntur* (p. 117, 15), *docebant* (p, 194, 15)

o pro *um*: *saeculario* (p. 10, 2), *caelo* (p. 15, 10)

o et *u* promiscue adhibuit: *epistola* (p. 111, 3) et *epistula* (p. 114, 2)

y pro *oe*: *proymium* (p. 97, 1. 3)

b pro *u*: *ebitata* (p. 23, 11), *brebem* (p. 198, 13), *brebiter* (p. 177, 16), *brebicolo* (p. 166, 7)

c pro *t*: *iusticiae* (p. 113, 5), *exposicio* (p. 114, 2), *inicio* (p. 114, 7), *tercia* (p. 116, 6)

c pro *g*: *concruentissime* (p. 33, 12 cf. p. 34, 1), *docma* (p. 201, 2)

c pro *ch*: *pulcritudinis* (p. 15, 2)

ch pro *c*: *achademicis* (p. 11, 3)

c pro *qu*: *corum* (p. 25, 3), *alico* (p. 97, 3), *corundam* (p. 169, 18), *comodo* (p. 179, 9)

d pro *t*: *inquid* (p. 8, 17), *adque* (p. 9, 8), *idemque* (p. 26, 2), *pertinead* (p. 115, 3)

d omisit: *rearguendum* (p. 197, 14. 198, 17. 201, 1)

f pro *ph*: *fariseorum* (p. 90, 15. 19. 20), *metafora* (p. 141, 1), *porfyrio* (p. 168, 7. 8)

pro *p*: *ficturam* (p. 201, 11)

g pro *i*: *degerare* (p. 16, 13), *egecit* (p. 61, 12)

g pro *c*: *grega* (p. 152, 4. 170, 3)
gh pro *g*: *paghanus* (p. 117, 4. cf. 181, 2)
h omisit: *ac* (p. 8, 2), *proibent* (p. 11, 9), *aborret* (p. 112, 17), *exortans* (p. 143, 9)
h abunde addidit: *hac* (p. 195, 11), *habundauerit* (p. 90, 14), *hid* (p. 33, 12. 14), *hieronia* (p. 17, 14)
h transposuit: *cathecuminus* (p. 10, 1), *cathecizandis* (p. 3, 8. 146, 14), *rethorica* (p. 28, 5), *phitonissa* (p. 133, 11), *anthiociam* (p. 59, 18)
ll pro *l*: *uellemus* pro *uelimus* (p. 20, 14), *contulli* (p. 168, 9), *retulli* (p. 36, 10), *hillarum* (p. 144, 2. 10), *assollet* (p. 144, 4)
m abunde addidit: *multitudinem* (p. 8, 9), *omnem uerbum* (p. 8, 14), *pessimam consuetudinem* (p. 12, 12), *iocom* (p. 14, 10)
n pro *m*: *anbas* (p. 198, 17)
n abunde: *inmitentur* (p. 10, 7)
qu pro *c*: *quur* (p. 91, 16), *inquoat* (p. 109, 20)
s superflue addidit: *corporis nostris* (p. 12, 4)
t pro *c*: *mendatium* (p. 199, 10), *constientia* (p. 95, 1)
t pro *d*: *aput* (p. 13, 11. semper), *illut* (p. 17, 10), *exartescens* (p. 181, 4)
t in exitu uerbi omisit: *habere* (p. 192, 16), *esse* (p. 37, 13. 42, 3). *cruciare* (p. 45, 8), *delectare* (p. 82, 6)
t superflue addidit: *adiuxit* pro *adiunxi* (p. 43, 15).
syllabae saepe omittuntur, uelut *pro<fi>cerem* (p. 10, 8), *re<li>gio* (p. 12, 5), *re<si>sterit* (p. 88, 13), *affini<ta>tes* (p. 91, 14), *litte<ra>rum* (p. 97, 2), *cu<iu>s* (p. 99, 4), *tamen<un>us* (p. 115, 14), *sangui<ni>s* (p. 135, 7), *dona<ti>stas* (p. 152, 14), *ba<si>licae* (p. 164, 1), *const<ant>iniensis* (p. 172, 14), *bre<ui>us* (p. 178, 15), *pe<pe>rit* (p. 140, 8).
syllabae subinde perperam iteratae sunt, uelut *soro[ro]ris* (p. 15, 5), *criminatio[natio]nes* (p. 139, 6), *ue[ni]nit* (p. 180, 3), cf. *ammi[se]rationem* (p. 20, 3), *s[ol]um* (p. 176, 14), *peccat[or]um* (p. 129, 6).

Praepositionum exeuntes consonae fere numquam in uerbis

compositis assimilatae sunt; sed ne hac quidem in re librarius sibi constat. nam ante *m* et *n* fere semper et nonnumquam ante *f* littera *d* praepositionis *ad* ad sequentem consonam assimilatur; quare semper fere *ammoneatur, ammoueatur, anmiratio, annotatio, affinis* et *affinitates* scripta leguntur. quae in hac editione retinere potui, sicut Engelbrecht uoluit. nam eas scripturas ad ipsum Augustinum reuocari posse illa, quae Papirianus grammaticus, fere aequalis s. Augustini, ea de re tradidit, fidem faciunt.

Ut singulas syllabas, ita etiam uerba uel singula uel plura librarius inter scribendum iterauit; uelut p. 19, 10 *duos | duos;* p. 177, 16 *breuiter | breuiter;* p. 191, 17 *quos ideo quos ideo;* corrector dittographiam uel limando uel expungendo sustulit. dittographiae autem non sunt p. 24, 10 *sensibilia sensibilia;* p. 67, 3 *ex parte ex parte;* p. 160, 15 *terra terra.*

Saepe et singula et plura uerba librarius inter scribendum similitudine plerumque ductuum deceptus omisit, uelut: *uita* post *ita* (p. 23, 16), *ad naturam* (p. 51, 13), *scriptura* post *sancta* et *significare* (p. 56, 4), *factum* post *peccato* (p. 73, 9), *hoc est — peccando* post *peccando* (p. 74, 11), *non — similitudinem* post *dissimilitudinem* (p. 87, 6), *uoluerunt* post *responderem* (p. 105, 2), *quod — carnalis sum et* (p. 105, 14—17) post uerbum similiter desinens; *qui uiderunt* post *uiderunt* (p. 112, 8) alia.

Maurinos codicem Corbeiensem in adornanda editione sua adhibuisse cum aliunde tum ex lineis rubrica ductis apparet, quibus plurimas scripturas discrepantes maxime initio libri notauerunt, uelut: *omnia eis* (p. 11, 10), *quia* (p. 11, 11), *placet totiens* (p. 12, 1), *corporis nostris* (p. 12, 4), *hominem* (p. 13, 13), *sunt* (p. 14, 15), *pulcritudinis significat* (p. 15, 2), *animo* (p. 15, 5), *fruendum* (p. 40, 7), *in alio loco* (p. 40, 8) al. scripturae uero libri uetustissimi plausum eorum non tulerunt, quamquam hic illic lectiones quasdam eius receperunt, uelut: *diei natalis* (p. 18, 7), *tractandus* (p. 85, 4). ipse cur potissimum codicem Corbeiensem adhibito libro D simillimo ducem in recensendis Retractationibus secutus sim, alio loco,

cum plus otii nactus ero, exponam. hic sufficiat nonnullos tantum locos attulisse, unde genuina uerba scriptoris in codicibus CD sincerius quam in libris melioribus alterius familiae (MV) seruata esse appareat, uelut p. 94, 10 *cum sit utique dominus;* p. 97, 1 *quod uoluimus ut cantaretur;* p. 109, 18 *non opera sed;* p. 119, 16; p. 150, 9; p. 153, 16; p. 160, 15; p. 165, 14; p. 172, 16; p. 174, 14; p. 184, 13; p. 204, 19 al.

D Bononiensis, bibliothecae urbis Boulogne-sur-Mer, n. 44 signatus, membranaceus, 0·25 m altus, 0·17 m latus, scriptus litteris Carolingicis minusculis intra annos 804—820 a subdiacono Leodhardo (Leothardo) uel Leonhardo[1]), sicut ex subscriptione in folio 77ᵘ ascripta colligitur:

////// //////////////////////	*indignus* (m. 2.)
EGO LEONHARDUS	*INDIGNUS*
//////////////////////	*iubente dom* (m. 2.)
SUBDIACONUS	*IUBENTE DoM*
/// //////////////////	////////////*e librū* (m. 2.)
N NANTh^{A}RIO	*ABBATI L^{I}BRŪ*
hunc emendaui	*pax legenti* (m. 2.)
hUNC SCRIPSI	*PAX LEGENTI*
*bus Hec **p flua sunt* (m. 2.)	
BUS. ORO QUICUMQUE	*LEGERIT LIBRŪ*
a	
hUNC. UT CORRIGET	*ILLUM INQUANTŪ*
PREUAL&	*X̄P̄Ō ADIUUANTE.*

Specimen scripturae libri exhibent Bond et Thompson *Facsimiles of ancient manuscripts and inscriptions, Londini 1873, tab. 45;* agit de eo etiam Laplane in libro, cui inscribitur: *Les Abbés de S. Bertin 1854, p. 46;* qui recte de eo iudicare non uidetur, cum dicit: *extare opus sed non bonae notae*; sed aetatem manuscripti accuratius definiuit. cum enim duo abbates Bertinenses eius nominis fuerint, alter Nantharius I, qui ab anno 745—754, alter, qui inter annos 804—820 monasterium regebat, Laplane librum aetate alterius

[1]) Ipse cum codicem conferrem, mihi hanc nominis formam adnotaui, etsi me errare potuisse non negauerim.

Nantharii scriptum esse recte iudicat. sed num liber in monasterio Bertinensi scriptus sit, ut idem Laplane autumat, mihi his de causis incertum esse uidetur. extant enim in libri folio 77ᵘ duae subscriptiones, quarum altera in margine superiore a manu XIII fere s. addita haec est: *dī̃ p uulſ alb̄ corb̄ | sup omia liua (?)*, altera paulo inferius ascripta haec est: *codex | dī̃ p uulſ alb̄ CORb̄*, quae ad Corbeiense monasterium reuocandae esse uidentur. accedit, quod tam arta cum codice Corbeiensi cognatione cohaeret, ut eum ex eodem archetypo, unde codex C descriptus est, deriuatum esse iudicandum sit. quare ego eum potius in monasterio Corbeiensi scriptum esse crediderim.

Codex a folio 1ᵘ ad fol. 77ʳ integras Retractationes eodem quo in Corbeiensi ordine scriptas complectitur, ut a fol. 1ᵘ ad fol. 3ᵘ capitula enarrentur, sequatur titulo omisso prologus (fol. 3ᵘ— 4ᵘ) cum utroque Retractationum libro. exaratus est autem a librario accuratissime atramento nigro. paucula quaedam aut librarius ipse aut corrector aetate suppar emendasse uidetur, cum ductus litterarum et color atramenti primi correctoris a prima manu nihil differant. emendator uero ille alter, qui tempore posteriore atramento suffusco usus uerba correxit, parum uerecunde rem suam gessit, cum scripturis primariis erasis uel supra lineas uel in lituris ipsis ex codice deteriore alterius familiae — consentiunt enim scripturae eius plerumque cum codicibus FQ — quae differebant uerba ascripserit. quo negotio gesto mirifice sibi placuisse uidetur, quippe qui existimauerit nomen suum nomini librarii in subscriptione ascribendum esse; postea tamen id nomen rasura deletum est, quod minime dolendum esse uidetur.

In folii 1ʳ margine summo haec uerba a manu XII s. scripta leguntur: *est sapiens tut' ñ̄q puerile secut'. morib; ibut' mltorum ⁊ bñ tut'*. paulo inferius titulus libri primum a m. XV s.: *Augst retractationū* ///////// iterum a m. XVI s. scriptus est: *Augustini liber | retractationū.* sequitur nota grammatici uel correctoris uel lectoris X fere saeculi, quo ille

alter corrector librum interpolauit: *Y: Hec nota a grammaticis anchora superior uocatur. q aliquid precipue dictum figuratur.* quae nota passim per totum librum margini exteriori appicta conspicitur, uelut fol. 5ᵃ (p. 14, 7), fol. 10ᵃ (p. 30, 15), fol. 12ᵃ (p. 36, 1), fol. 27ᵃ (p. 77, 4). in calce folii 1ʳ monachus quidam XII uel XIII s. fortasse calami probandi causa scripsit: ⁎⁎*serere mei ds scdm magna* et iterum: *miserere mei deus.* in margine imo eiusdem folii nota bibliographica a manu XV fere s. scripta legitur: *2 de libraria βc9 bonìi,* id est: *est de libraria . . .*[1]) *bononiensi.*

In rebus autem orthographicis, si solas scripturas librarii et primi correctoris respicias, fere ubique cum Corbeiensi plane consentit, nisi quod in D saepius *ae* pro *e* positum inuenitur, uelut: *aecclesiae* (fere semper), *itemquae, quisquae, nequae* (fol. 56ʳ = p. 148, 2 sqq.)

Codicem Bononiensem tam arta cum Corbeiensi cognatione coniunctum esse iam ex ipsis notis criticis textui subiectis apparet, ut eum ex eodem codice parente originem traxisse iudicandum sit. quod ad genuina uerba scriptoris restituenda propterea summi momenti est, quia nonnusquam scriptura primaria Corbeiensis libri ab interpolatore rasura ita corrupta est, ut legi nequeat; quod, ut dixi, alio loco accuratius demonstrabo.

R Ad eandem familiam pertinet Vindobonensis latinus n. 1077 (I, CCXIX Denis) membranaceus, foliorum 57, XII s., 0·24 m altus, 0·17 m latus, miscellaneus, qui inde a fol. 1ᵃ—2ᵃ capitula, a fol. 2ᵃ—46ᵃ Retractationes integras cum prologo continet. post Retractationes a fol. 46ᵃ—52ᵃ *eiusdem epla ad optatū epm*, a fol. 52ᵃ—57ʳ *eiusdem sci aug liber de diuinatione dęmonum*, in fol. 57ᵃ *questio de magis faraonis eiusdē sci aug* sequuntur. liber cum cura ac diligentia scriptus correcturas admodum paucas expertus est; sed cum per plures riuulos longiore temporis interuallo ex limpido quidem fonte deductus sit, non mirandum esse uidetur uerba scriptoris in eo maculis pluribus quam in

[1]) Hic fortasse numerus latet, quem extricare non possum.

codicibus C et D deformata esse. capitum tituli uncialibus rubris picti sunt praeter titulum capitis primi libri I, qui excidit, ut uerba eius capitis sine ulla libri uel capituli inscriptione uno tenore cum uerbis prologi cohaereant.

Fuit olim iste liber, priusquam in bibliothecam caesaream Vindobonensem translatus est, bibliothecae capituli ecclesiae Ratisbonensis, sicut ex inscriptione, quam manus XV s. in medio folio 2^{r} ascripsit, patet: *Liber iste pertinet ad librariā capl̄i Ecclesie Ratisponensis.*

Parisinus n. 11.104, foliorum 188, 0·25 m altus, 0·17 m E
latus, miscellaneus, ex duabus partibus inaequalibus constat; prior enim pars, quae Retractationes cum capitulis et prologo inde a folio 1 ad fol. 46^{a} complectitur, saeculo XII scripta est. Retractationes ipsae ab uno scriba exaratae esse uidentur, quamquam litterarum ductus aliquantum inter se differunt, cum scriba initio libri tenuioribus, sub finem autem crassioribus litteris usus sit. praemittitur inscriptio, quam manus XIIII fere saec. in margine summo folii 1 bis addidit: *Continet librum retractationum Augustini ep̄i.* altera uero pars multo amplior s. fere XIII scripta inde a fol. 47 ad f. 188 *continet gesta 11) pōtificū traiecti superioris. Et gesta aliquorum scorū. scr translatioes sce marie magdalene. passioes s. Sebastiani. Vitā s. felicis prs̄bri. Alexii cōfess. Vdalrici ep̄i. Et miracula quedam de beata vgie,* ut m. XV s. in margine adnotauit. quae partes inter se diuersae postea in unum uolumen conglutinatae sunt.

Fuit hic codex olim monasterii Epternacensis, sicut adnotatio folio 48^{r} ascripta indicat: *Codex mōsterii //////// epternaceñ;* eadem manus deinde rubricatis litteris hos uersiculos adiecit:

Hic liber est scriptis clarus. studioq. legentis
Gestis pontificū iā quinquaginta duorū
Sedis tungrensis traiecti leodiensis.

Prior libri pars, quae Retractationes complectitur, bis correcta est, primum aetate librarii atramento nigro, iterum posteriore tempore ab alio aliquo atramento flauo. liber autem ex apographo quodam codicum CD originem traxisse uidetur.

nam cum in plerisque potioribus scripturis tum quorundam mendorum communione cum his libris consentit, uelut p. 55, 6, ubi *scaru* pro *scripturarum*, et p. 116, 13, ubi *commoueatur* pro *commutatur* praebet. multo tamen pluribus quam codex R mendis dehonestatus est.

V Alterius familiae aetate facile princeps est liber Vercellensis, bibliothecae capituli ecclesiae Vercellensis n. CLXXXIII, 3 signatus, membranaceus s. VIII uel VIIII ineunte litteris langobardicis scriptus. codex miscellaneus est; praecedunt enim libri s. Hieronymi et Gennadii de illustribus uiris, sicut ex subscriptione fol. 45ᵘ manifestum est: *Expliciunt uirorum inlustrium libri duo hyeronimi siue genadii. dō gratias.* sequuntur a fol. 45ᵘ— 93ᵘ Retractationes eo ordine scriptae, ut inter prologum (fol. 45ᵘ— 46ᵘ) et primum caput primi libri capitula operis (fol. 46ᵘ— 48ᵘ) inserantur. Retractationibus haec inscriptio praemittitur: *INCIPIUNT RETRACTATIONUM OPUSCULORU SUORŪ SCI AUGUSTINI EPI LIBRI DUO.* tituli et initia capitum, nonnumquam etiam (uelut in fol. 49ʳ = p. 14, 14) singularum paragraphorum litteris uncialibus miniatis depicta sunt. uerba autem libri a uulgata editione non multum differunt.

M Monacensis n. 8107, (Moguntinus n. 7) foliorum 201, 0·28 m altus, 0·19 m latus, membranaceus, s. VIIII, a folio 1ʳ ad fol. 106ᵘ librum utrumque cum capitulis et prologo nitide scriptum complectitur. codex miscellaneus est; quae in eo contineantur opuscula, in folio 1ʳ a manu posteriore litteris maiusculis adnotatum est: *lib retractationū et lib de presentia dī ad dardanum* [fol. 106ᵘ— 128ʳ] *et epi-t euodii ad ualentinū et epist augus ad ualentinū monachū et epist aug ad ualentinū et frib suis* (sic!) *et lib aug ad ualentinū monachū de gratia et libero arbitrio* [fol. 128ʳ— 194ᵘ] *et eiusdem* (m. 2) *parua epistola ad ualentinū de fre floro et lib de correptione et gratia eiusdem et epist ianuarii ad ualentinū et epist sci clementis ad iacobū de gra.*

In calce fol. 1ʳ scriptum legitur, unde liber in bibliothecam Monacensem translatus sit: *Iste liber pertinet ad librariā sci*

Martini ecclie Maguntini (sic). Retractationum partes ita dispositae sunt, ut praecedant capitula (fol. 1—3ᵃ), sequatur prologus (3ᵃ— 5ᵃ) et uterque liber (5ᵃ— 106ᵃ). codex ceteroquin accurate scriptus duos correctores habuit, quorum prior librario fere aequalis atramento pallido uerba, quae librarius inter scribendum omiserat, compluribus uerbis erasis minoribus quam scriba usus litteris addidit; uelut fol. 22ᵃ (p. 40, 9) librarius primitus *quod* (omisso *cum*) scripserat; corrector igitur per compendium scriptum *qđ cum* inseruit; fol. 34ʳ (p. 58, 18) cum librarius uocem *discipuli* omisisset, radenda erant uerba *scriptum est appellati sunt,* ut illam uocem minoribus litteris usus inserere posset. alter uero corrector atramento nigriore ex alio deteriore exemplari discrepantes quasdam scripturas supra uersum adnotauit; nonnumquam uariantem lectionem ascribere oblitus est, uelut fol. 67ᵃ (p. 116, 13), ubi scripto uocabulo *alibi* scripturam addere neglexit.

Sessorianus, nunc in bibliotheca Victorii Emmanuelis S
n. 2098 signatus, membranaceus, VIIII s., a folio 2ʳ ad fol. 56ᵃ Retractationes cum prologo exhibet hac inscriptione praemissa: *In hoc corpore continentur retractationum sci augustini epi libri duo.* num etiam capitula in eo enarrentur, ex collatione, quam Fr. Klein accurate quidem fecit, colligere non potui. liber antequam in bibliothecam Victorii Emmanuelis translatus est, bibliothecae ecclesiae s. Crucis in Hierosolymis siue Sessorianae fuit. uerba aut ipse librarius aut emendator librario coaeuus primum correxisse uidetur. praeterea alius tempore posteriore opus ad manuscriptum alterius familiae (CD) contulit et inde, quae discrepabant, in margine libri addito uocabulo *al* = *alias* adnotauit, quas scripturas sub siglo S^2 in apparatum criticum recepi, uelut fol. 4ʳ (p. 14, 8) *quominus tibi om̃ sit,* fol. 7ᵃ (p. 25, 17), ubi ascripsit m. 2: *al denique,* fol. 12ᵃ (p. 40, 8), ubi *al obscure* m. 2 addidit.

Wirceburgensis th. fol. 40, membranaceus, 0·25 m altus, H
0·18 m latus, VIIII s., foliorum 46, inde a folio 3ʳ ad fol. 45ᵃ Retractationes cum capitulis et prologo complectitur. fuit iste liber olim monasterii s. Kiliani Herbipolitani, sicut in margine

summo folii 3^{r} a manu posteriore notatum est: *lib̄ sc̄i Kiliani.* folium tertium uel arrodentibus muribus uel alio aliquo casu mutilatum est. liber fusco atramento ex mendoso exemplari ab inerudito librario uitiose descriptus bis correctus est, primum uel ab ipso librario uel a monacho librario aequali, iterum atramento nigro saeculo fortasse mox insequenti. exemplar autem ipsum, unde liber descriptus est, iam mutilum fuisse ex nonnullis locis, maxime uero ex capite 26 libri I, quo liber *de mendacio* retractatur, colligi potest, ubi scriba, quae in codice parente adhuc legi poterant, sat diligenter descripsisse putandus est. haud raro autem factum est, ut interpolamenta manifesta sine ullo iudicio in textum reciperet, uelut cum scriberet fol. 17^{r} (p. 68, 2) *scire magna ł alibi et honesta,* fol. 18^{r} (p. 73, 13) *non alibi inuenio,* fol. 21^{r} (p. 86, 14) *scribseram alibi scribsi* alia. sed utrum ipse has interpolationes supra uersus additas in textum receperit an iam receptas sine iudicio descripserit, uix diiudicari potest.

G Sangallensis n. 153, membranaceus, 0·28 m altus, 0·22 m latus, VIIII s., integras Retractationum partes continet, a fol. 1^{r}— 3^{a} capitula, inde usque ad fol. 69^{a} prologum cum utroque libro hac inscriptione praemissa: *IN HOC CORPORE CONTINENTUR RETRACTATIONUM SCI AUGUSTINI EPI LIBRI DUO.* codex ex libro interpolatae familiae non sine diligentia descriptus a correctore librario aequali emendatus est, qui multa uerba, quae librarius inter scribendum omiserat, uel supra lineas uel in margine inseruit, uelut in folio 13^{r} (p. 41, 5), fol. 31^{a} (p. 94, 6), fol. 36^{r} (p. 108, 9), fol. 38^{r} (p. 112, 16). alius autem, qui librum saeculo sequenti cum exemplari alterius familiae (CD) contulit, inde scripturas nonnullas discrepantes imprimis initio libri in margine ascripsit, uelut fol. 4^{a} (p. 14, 8) *ał quominus tibi omen sit,* fol. 5^{r} (p. 14, 10) *ał sed ideo dictum sit,* fol. 8^{r} (p. 25, 17) *ał denique,* fol. 10^{r} (p. 32, 1), *ał animi,* fol. 38^{a} (p. 114, 5) *ał susceperam,* fol. 41^{r} (p. 121, 1) *ał inuentutis.*

P Parisinus n. 1905, olim Colbertinus, membranaceus s. X, miscellaneus, praeter Retractationes etiam epistulam Quoduult—

dei ad Augustinum cum libro Augustini de nonaginta haeresibus continet. Retractationes autem inde a fol. 2^r ad fol. 82^r eo ordine scriptas exhibet, ut praecedat prologus (fol. 2^r—2^v), sequantur capitula (fol. 2^v—4^r) cum utroque libro. liber uicenos binos uersus in singulis paginis habet, singuli autem uersus 48—50 litterarum esse perhibentur. uerba corrector aut supra uersus aut in marginibus emendare conatus est. in folio 1^r inscriptio margini superiori ascripta indicat, cuius iste liber fuerit, antequam in bibliothecam Colbertinam uenit; nomen autem monasterii consulto erasum nunc legi nequit: *Hic est liber de armario /////// terii, quisquis eum furauerit aut folium inciderit anathema sit.* tituli et initia capitum a librario litteris uncialibus miniatis picta sunt. codicem autem parentem, unde P fluxit, ipsum lacuna deformatum fuisse hiatus ostendit, qui est I, 22, 2—5 (p. 106, 10—109, 3); in codice parente folium unum euulsum esse uidetur. scribam autem codicis P cum haec res fugeret, uerba *quae uult* et *dixi nostrum* nihil spatii intermittens descripsit. quam lacunam is, qui librum postea emendauit, obtegere conatus est, cum uerbum *dixi* (p. 109, 3) in *dicere* mutaret. codex P praeterea ea re insignis est, quod in eius marginibus a manu fortasse XVI uel XVII saeculi paragraphi iisdem fere numeris, qui in hac editione a me additi sunt, notatae inueniuntur.

Bambergensis, n. B. III, 16 signatus, membranaceus, B
X—XI s., foliorum 98, 0·27 m altus, 0·19 m latus, miscellaneus, a fol. 1 ad fol. 51 integros Retractationum libros cum prologo continet. fuit iste liber olim bibliothecae monasterii *S. Michaelis Arch. Bambergensis F 26,* sicut inscriptiones marginibus foliorum 1^r et 2^r appositae testantur. in folio 1^r scriptum est: *Codex mõstii sti michael' in mõte,* et in folio 2^r a manu XVIII fortasse saeculi: *Monru S. Mich. Arch. O. S. B. Bambergae.* in calce autem folii 98^r hi uersiculi a monacho quodam XI uel XII saeculi conflati leguntur:

Cuius et unde sit hic si forte liber dubitatur
babenbergensi quod sit de monte sciatur
Qui fraudauerit hunc anathemate percuciatur
et satrape michahel eum uindicta sequatur.

Praeter Retractationes autem in isto libro haec opuscula s. Augustini insunt: *libri de nuptiis et concupiscentia* (foll. 52—90), *liber de sententia iacobi qui totam legem seruauerit offendat autem in uno factus est omnium reus* (foll. 91—97) cum responso Hieronymi in fol. 98. liber fusco atramento scriptus et ab emendatore librario fere aequali nigro atramento correctus nihil prorsus ad emendandas Retractationes utile suppeditat, cum uerba ex libidine librarii uel huius libri uel codicis parentis adeo insolenter transposita et turbata sint, sicut in nullo alio libro manuscripto leguntur.

Q Parisinus n. 2693 Bibliothecae Nationalis, olim Colbertinus n. 6098, Regius $4\frac{5}{8}0$, XII s., 0·18 m altus, 0·12 m latus, foliorum 86, capitula et prologum et utrumque Retractationum librum ab una manu exaratum complectitur. ante folium primum et post folium ultimum bina inuolucra uacua relicta sunt, quibus scriba aetate inferior notas quasdam calami probandi causa illeuit, uelut folio 88ᵃ: *hieronimſ augustini* (sic) alia. quaterniones litteris *a*, *b*, *c*, *d*, sqq. in calcibus foliorum 8, 16, sqq. notati sunt. tituli autem omnium capitum desiderantur, quia librarius eos libro absoluto in spatiis uacuis relictis sine dubio artificiose colore rubro pingere uoluit; quod quominus faceret, casu aliquo impeditus esse uidetur. liber atramento fusco accurate ac nitide scriptus bis emendatus est; qui prior librum aetate fere librarii correxit, uerba nonnulla inter scribendum omissa suppleuit; alter uero emendator s. fere XIIII uel XV atramento nigro multa et supra lineas et in marginibus libri adnotauit; qui cum corrigeret, alio libro usus esse censendus est, unde ea, quae in libro Q abundare uidebantur, addito supra uersum uocabulo *uacat* adnotauit. qui haud mediocri doctrina imbutus fuisse uidetur, quippe qui multas sententias ex libro Hugonis a s. Victore, qui est de sacramentis, quae doctrinae s. Augustini contrariae esse uidebantur, in marginibus libri ascripserit. iste etiam, quo lectionem codicis faciliorem redderet, litterae *i* geminatae (ii) apices addidisse censendus est.

N Parisinus n. 12225 Bibliothecae Nationalis, membranaceus,

0·30 m altus, 0·20 m latus, s. XII, miscellaneus, binis columnis exaratus, a folio 1ra ad folium 31ra prologum et utrumque librum cum capitulis continet. capitula uero hac inscriptione praemissa praecedunt: *Incipiunt breues librorum retractationum sci augustini,* in fronte autem et in fine libri duo folia, quibus inuolutus est, uacua relicta sunt. fuit olim monasterii s. Germani a Pratis, in cuius bibliotheca sub numero 227 (olim 220) asseruabatur; ubi eum Montfaucon uidit, qui in opere celeberrimo, cui inscribitur *Bibliotheca bibliothecarum* t. II, p. 1126 eius mentionem facit. insunt in isto libro praeter Retractationes duo alia opuscula Augustini, quae index litteris uncialibus rubricatis in fol. 1r a manu posteriore scriptus nominat: *In hoc corpore continentur | sci Augustini libri quattuor | id est Retractationū libri duo | Expositio quarundam propositionum ex epistola ad Romanos liber unus | Expositio epistolę ad Galathas lib un' |.* scriptus est liber in ipso monasterio Sangermanensi a monacho Gislemaro, quod ex uersiculis apparet, qui ab ipso librario litteris uncialibus rubro et uiridi colore depictis in calce folii 31ra scripti sunt:

Hic Augustinus sua dicta retractat honestus
quę Germane tuus quidam conscripsit alumnus
Gislemarus in hoc uocitatus nomine libro
Quem si quis furto tulerit trudatur auerno.

Librum a Maurinis in adornanda editione usurpatum esse lineae rubrica ductae ostendunt, quibus illi cum alia tum multas scripturas discrepantes capitis 22 libri primi notauerunt.

Parisinus n. 12.160 Bibliothecae Nationalis, membranaceus, O 0·34 m altus, 0·24 m latus, scriptus XII s. singulis paginis bipartitis, miscellaneus, inde a folio 72ra ad fol. 104ra Retractationes exhibet. librarius codicem accurate et nitide exarauit et initia capitum artificiose depinxit. quae opuscula insint, ex indice apparet, qui a manu posteriore in calce folii 1r scriptus est: *In hoc uolumine continētur Ieronimus de hebraicis questionib; et de hebraicis noib; et de locorū noib; et retracta-*

tiones sci augustini. Hieronim' de illustrib; uiris[1]) *et gennadius de illustrib; uiris. et ysidorus de illustrib; uiris. et cassiodorus senator de institutione diuinarū scripturarum.* sequuntur inscriptiones, quae uel ad originem uel ad fata libri reuocandae sunt: in folio 1r: *Liber sce marie de Longoreto,* in margine superiore folii 2r: *Stī Germani a Pratis,* in inferiore eiusdem folii margine: *Monasterii S. Cygiranni,* in exteriore margine: *Nr. 208 olim 34 S. Mauri.*

F Wirceburgensis Mp. th. f. 125, membranaceus, 0·27 m altus, 0·19 m latus, XII s., in foliis 25a—68a capitula (fol. 25a—26a) et utrumque librum Retractationum cum prologo a librario cum cura et diligentia scriptum exhibet. admodum pauca manus posterior atramento nigriore quam scriba usus emendauit. uelut in fol. 33r (p. 37, 4) *quorum*; is etiam uerba, quae librarius interdum similitudine ductuum deceptus omiserat, in marginibus suppleuit, uelut in fol. 39a (p. 66, 16). quae opuscula in codice miscellaneo insint, scriba XIIII fere s. in calce folii 126a adnotauit: *In hoc uolumine continentur hec. Libri Soliloquiorum sci Aug epi duo. Itē duo libri Retractationū ciusdē patris. Vita sci Seruatii Traiectensis epi ī duob' libris edita. Vita et Passio Beati Lamperti. itē Traiectensium p̄sulis. Passiones scoru Christofori. Oswaldi. Vita S. Magni abbis. Passiones scorum Cosme et damiani et Bonifacii Romani ciuis. Relatio de translatione S. Iacobi apli fris Iohannis evvle.* addidit alia manus XV s.: *Et pertinet ad sctm Stephanū in herbipoli.* tituli capitum in marginibus obliqua scriptura iterati sunt, numeri autem omnino desiderantur. initia litteris maiusculis rubricatis picta sunt; interpunctionis signa per totum librum posita sunt. liber ad emendandum nullius pretii est.

W Vindobonensis lat. n. 651 (II, CCCXXIX Den.), 0·41 m altus, 0·25 m latus, XII s. singulis paginis bipertitis scriptus, praeter nonnullos sermones inde a folio 125r ad fol. 140a Retractationum capitula, prologum, primum librum integrum

[1]) *Hieronim' de illustrib; uiris* supra uers. ascripsit manus alia.

cum parte alterius libri continet. desinit enim in Retractatione operis *De Genesi ad litteram* (II, 50) post uerba *fact'ē, perdidisse peccato* (p. 160, 11). liber in calce folii 1ʳ hanc inscriptionem a m. XV s. additam exhibet: *Iste Liber est congretationis ste Iustine de padua: deputat' m̄* (uel *iñ*) *monast' sci Seuerini đ neapoli: signat' m̄ lt̄a S nuo V̄O2.* scripturas autem huius libri, cum prorsus nihil utile ad emendanda uerba scriptoris suppeditent, tantum exempli causa in quinque primis primi libri capitibus adnotandas esse duxi.

Haec fere de codicibus dicenda sunt, qui omnes a me qua potui cura excussi sunt praeter Vercellensem et Sessorianum, quos Franciscus Klein, et Parisinum P, quem Carolus Wotke meum in usum contulit.

Eas uero Retractationes, quae haud raro in libris manuscriptis singulis Augustini opusculis praemissae inueniuntur, consulto neglexi, ne molem adnotationis nimis augerem, idque eo libentius, cum omnes, quotquot mihi innotuerunt huius modi Retractationes, nihil omnino noui uel probi ad emendationem suppeditent, quod non in aliquo alterutrius familiae libro scriptum legatur; uelut Retractatio libri, cui inscribitur *De duabus animabus* (I, 14), quae in codice Bruxellensi s. X n. 10.796—800 in fronte addita legitur, prorsus a codicibus CD pendet, ut inde descripta esse uideatur.

Praeter codices manuscriptos in recensendis uerbis etiam editiones consului Amerbachianam (Basileae 1506) Louaniensem (Antverpae 1577) Maurinam (Parisiis 1679) et quae in Amerbachiana et Maurina discrepabant sedulo adnotaui.

Priusquam autem praefandi finem faciam, facere non possum, quin errorem emendem, quem admisi, cum spreta lectione librorum CD scripturam alterius familiae in textum reciperem; parum enim considerate p. 80, 4 scripsi: *cum uiderem . . . . debere Manicheos ac iam posse conuinci,* sicut locus simillimus ostendit p. 185, 14, ubi Augustinus de Donatistis haereticis dicit: *quoniam res, quibus uincantur uel uicti esse monstrantur, commoda breuitate conplectitur.* restituenda igitur est scriptura librorum CD: *debere Manicheos ac iam posse uinci;* cf. p. 178, 12.

Reliquum est, ut uiris doctis, qui de hac editione optime meruerunt, gratias agam, imprimis Guilelmo de Hartel, horum studiorum fautori et moderatori illustrissimo, praeterea praefectis bibliothecarum, qui libros pretiosissimos liberalissime Vindobonam mittendos curauerunt, tum Iosepho Koenig, olim sodali Vindobonensi, nunc directori celeberrimo scholae s. Annae Petropolitanae, qui intercessit, ut liber Petropolitanus Vindobonam mitteretur, Francisco Weihrich, Francisco Klein, Carolo Wotke, maxime uero Augusto Engelbrecht, qui mihi in plagulis corrigendis et consilio et opera strenue affuit.

Vindobonae mense Ianuario 1902.

Pius Knöll.

CORRIGENDA.

P. 2, 6 *scribendum* heretici *pro* haeretici.
„ 80, 4 „ uinci „ conuinci.

INDEX SIGLORVM.

B = codex Bambergensis B III, 16. X—XI s.
C = codex Corbeiensis, nunc Petropolitanus n. 199. VIII s.
D = codex Bonnensis n. 44. VIIII s.
E = codex Parisinus n. 11104. XII s.
F = codex Wirceburgensis th. f. 125. XII s.
G = codex Sangallensis n. 153. VIIII s.
H = codex Wirceburgensis th. f. 40. VIIII s.
M = codex Monacensis n. 8107. VIIII s.
N = codex Parisinus n. 12225. XII s.
O = codex Parisinus n. 12160. XII s.
P = codex Parisinus n. 1905. X s.
Q = codex Parisinus n. 2693. XII s.
R = codex Vindobonensis lat. n. 1077. XII s.
S = codex Sessorianus n. 38. VIIII s.
V = codex Vercellensis n. CLXXXIII, 3. VIII—VIIII s.
W = codex Vindobonensis lat. n. 651. XII s.
cet. = ceteri codices.
a = editio Amerbachiana.
l = editio theologorum Louaniensium.
m = editio Maurina.
v = consensus editionum.

S. AVRELI AVGVSTINI

RETRACTATIONVM

LIBRI DVO

CAPITVLA.

I. De Academicis libri III.
II. De beata uita liber I.
III. De ordine libri II.
IIII. Soliloquia, libri II.
V. De inmortalitate animae liber I.
VI. De moribus ecclesiae catholicae et de moribus Manicheorum libri II.
VII. De animae quantitate liber I.
VIII. De libero arbitrio libri III.
VIIII. De Genesi aduersus Manicheos libri II.
X. De musica libri VI.
XI. De magistro liber I.
XII. De uera religione liber I.
XIII. De utilitate credendi liber I.
XIIII. De duabus animabus liber I.

Discrepantes scripturas capitulorum tantummodo e libris CDGHM adnotaui. 1 INCIPIT RETRACTATIONUM LIBER PRIMUS *CD*, ADNOTATIO SCI AUGUSTINI EPI OPERUM PLURIMORUM *M*, INCIPIUNT CAPITULA RETRACTATIONU AUGUST *G*, *om. H* 2 achademicis C^2G, acadimicis *M* liber *C*, liber *H* III *om. H* 4 liber II *C* 5 de soliloquia C^1D^1, de soliloquiis C^2D^2M, soliloquiorum *G* liber II *C* 6 immortalitate C^2 7 *inter caput V. et VI. inserit* C^2 *titulum:* VI· VII^{am} disciplinarū lib, *H:* VI· De libris disciplinarū lib. I. VI] VII (*et ita deinceps* VIII *pro* VII, VIIII *pro* VIII *ponens*) *H* ęcclesię *DM*, eclesię *H* de *om. G* manichiorum M^1 9 animo M^1 quanitat M^1 lib II *M* 10 *post* arbitrio *add.* M^2*:* in quo quęritur unde sit malum lib. I *M* 11 genes H^1 aduersum *GH* manicheus C^1 liber II *H*, lib. III *M* 12 lib. *I (V *ras.*) *C*, lib. VI (V *add. m. 2*) *M*, liber I *D* 13 lib *I *C* 14 relegione C^1DM 16 anima**bus (li *ras.*) *H*

XV. Contra Fortunatum Manicheum liber I.
XVI. De fide uel symbolo liber I.
XVII. De Genesi ad litteram liber I.
XVIII. De sermone domini in monte libri II.
XVIIII. Psalmus contra partem Donati, liber I.
XX. Contra epistulam Donati haeretici liber I.
XXI. Contra Adimantum Manichei discipulum liber I.
XXII. Expositio quarundam propositionum ex epistula apostoli ad Romanos, liber I.
XXIII. Expositio epistulae ad Galatas, liber I.
XXIIII. Epistulae ad Romanos incoata expositio, liber I.
XXV. De diuersis quaestionibus octoginta tribus liber I.
XXVI. De mendacio liber I.

Incipit liber secundus.

XXVII. Ad Simplicianum libri II.
XXVIII. Contra epistulam Manichei liber I.
XXVIIII. De agone liber I.
XXX. De doctrina Christiana libri IIII.
XXXI. Contra partem Donati libri II.
XXXII. Confessionum libri XIII.

1 acta contra *GHM* 2 simbolum C^1, simbulo C^2H, symbulo *M* liber I *om. H* 3 *post* litteram *add.* imperfectus C^2, liber unus inperfectus D^2GH 4 dei *G* lib. I *M* 5 Psalmus *GHM*, de psalmo *cet.* doñ *CD* liber I *om.* G^1H, lib. II *M* 6 epistolam *CDGM* heretici *mss.* 7 adimatum *M* 8 exposicio C^1D proposicionum C^1, propositio *H* ex *add.* C^2 *s. l.* epistola *CDG* apōs *C*, apostol D^1 9 ad Romanos *om.* CD^1 liber I *om. GH* 10 exposicio C^1, expositio (positio *m. 2 in ras.*) *G* epistolae C^2D^2 *s. l.* galathas C^2 11 de epistola ad romanos (-us D^1) CD^1 inchoate *H*, inchoante *M* expositio inchoata *add.* D^2 12 diuersis *om. CD* quaescionibus *D* 13 mendatio C^1GHM 14 incipit—secundus *om. M*, INCIPIUNT CAPITULA LIBRI SECUNDI *H*, ITEM DE LIBRO SECUNDO *G* 15 Simplicianum] eṗm *add. C m. post.*, eccḷę mediolanensis *add. H* 16 epistolam *CDGH* quam (quē *ex* qui *M*) uocant (dicunt D^2G) fundamenti *add.* D^2GHM 17 agone] a. christiano $C^2D^2GHM^1$, a. christianorum M^2 18 xp̄i C^1D^1 19 parte D^1 20 XIII] IIII *M*

XXXIII. Contra Faustum Manicheum libri XXXIII.
XXXIIII. Contra Felicem Manicheum libri II.
XXXV. De natura boni liber I.
XXXVI. Contra Secundinum Manicheum liber I.
XXXVII. Contra Hilarum liber I.
XXXVIII. Quaestiones euangeliorum, libri II.
XXXVIIII. Adnotationes in Iob, liber I.
XL. De catechizandis rudibus liber I.
XLI. De trinitate libri XV.
XLII. De consensu euangelistarum libri IIII.
XLIII. Contra epistulam Parmeniani libri III.
XLIIII. De baptismo libri VII.
XLV. Contra quod adtulit Centurius a Donatistis liber I.
XLVI. Ad inquisitiones Ianuari libri II.
XLVII. De opere monachorum liber I.
XLVIII. De bono coniugali liber I.
XLVIIII. De sancta uirginitate liber I.
L. De Genesi ad litteram libri XII.
LI. Contra litteras Petiliani libri III.
LII. Ad Cresconium grammaticum libri IIII.

quadam argumentatione eiusdem libri dixi: *nec esse in eo, qui nihil discit, disciplina potest;* itemque alio loco dixi: *nec ullam rem scientia conplectitur, nisi quae ad aliquam pertinet disciplinam,* nec uenit in mentem deum non discere disciplinas et habere omnium rerum scientiam, in qua etiam praescientia est futurorum. tale est et illud, quod ibi dictum est, *non esse uitam cum ratione ulli nisi animae;* neque enim deo sine ratione uita est, cum apud eum et summa uita et summa sit ratio. et illud aliquanto superius dixi, *id, quod intellegitur, eius modi esse semper,* cum intellegatur et animus, qui utique non eius modi est semper. quod uero dixi: *animum propterea non* posse *ab aeterna ratione separari, quia non ei localiter iungitur,* profecto non dixissem, si iam tunc essem litteris sacris ita eruditus, ut recolerem, quod scriptum est: peccata uestra separant inter uos et deum. unde intellegi datur etiam earum rerum posse dici separationem, quae non locis, sed incorporaliter iuncta fuerant.

3 Quid sit etiam, quod dixi: *anima si caret corpore, in hoc mundo non est,* non potui recordari. numquid enim animae (3)

1 De inm. an. 1, 1 2 ibid. 6 De inm. an. 4, 5 9 De inm. an. 1, 1 11 De inm. an. 6, 11 14 Es. 59, 2 18 De inm. an. 13, 22

1 quodam C^1 esse] e. potest *N* qui CD^1EG^2 (*in mg.*) $OPRS^2$ (*in mg.*), quo *W*, quod *cet. v* 2 disci *V* potest *om. N*, t *alt. in ras. m. 2 C* itemque D^2 *in ras.*, idemque *C*, item quod *a* itemque—loco *in ras.* M^1 ulla *R* 3 res E^1R completur *R* 4 disciplinas (s *alt. s. l.*) *M*, disciplinam *HOPRa* et] sed HM^1OPRa 5 omnium rerum habere *B* quo *E* praescientia (cientia *m. 2*) *D*, praesentia O^1 6 et *om. R*, ut Q^1 illud] aliud Q^3 *s. l.* ibi *ex* ubi *corr. M* 7 ulli* (i *ras.*) *C* animae (ae *in ras.*) *M* 8 uita est (a est *in ras.*) *M* cum] dm̃ *B* 9 illud CD^1, illud quod *cet. v* aliquando O^1QR 10 esse *in ras. G* cum—semper *om. P* intelligitur *W*, et intelligatur *F* 12 superari E^1 13 sacris literis *B* 14 eruditis O^1 reçoļecolerem *D*, recoleremus *H* scribtum *DP*, dictum *F* peccata *in ras.* Q^2 15 datur intellegi *B* 16 earum (ar *in ras.*) *V* posse***** *C* qui (i *ex* e) *S* 17 incorporaliter *in ras. M* iunctae *SVv* 18 quid] quod B^1 animae omẽ *R* si] sic *O* 19 mundo G^2 *s. l.* potui] p. mortuos BD^2FGNQS^2 (*in mg.*) *Wa* animi *HMR*

mortuorum aut non carent corpore aut in hoc mundo non sunt? quasi uero inferi non sint in hoc mundo. sed quia carere corpore in bono potest, fortasse nomine corporis pestes corporeas appellaui. quod si ita est, nimis insolenter uerbo usus sum. illud quoque temere dictum est: *a summa essentia* 4 *speciem corporis per animam tribui, qua est, in quantumcumque est. per animam ergo corpus subsistit et eo ipso est, quo animatur, siue uniuersaliter, ut mundus, siue particulariter, ut unum quodque animal intra mundum;* hoc totum prorsus temere dictum est.

Hic liber sic incipit: *Si alicubi est disciplina.* 5

(VI.) Per idem tempus, quo Mediolani fui baptismum percepturus, 6 etiam disciplinarum libros conatus sum scribere interrogans eos, qui mecum erant atque ab huius modi studiis non abhorrebant, per corporalia cupiens ad incorporalia quibusdam quasi passibus certis uel peruenire uel ducere. sed earum solum de grammatica librum absoluere potui, quem postea de armario nostro perdidi, et de musica sex uolumina, quantum adtinet

5 De inm. an. 15, 24 12 Aug. Conf. VIIII, 6, 14 18 Retract. I, 10, 1

2 sint] sunt *HPQ*^{1}*VWa* quia] qui *H* 3 corpore carere *R*^{1} potest sum *CD*^{1}*R*, non posui *BFM*^{2}, posui *cet. v* nomina *H* 4 insolenter (sum *m. 2*) *C*, insolenti *W* 5 sum *om. C* dictū (ū *m. 2 in ras.*) *H* a *M*^{2} *s. l.* 6 spetiem *C*^{1} corporis *CD*^{1}*HP*, corpori *cet. v* qua] quia *B*^{1} 7 *pr.* est *add. D*^{2} *s. l.* subsistet *V* ipso est *eras. H* est *B*^{2} *s. l.* 9 inter *W* temere prorsus (t *m. 2*) *H* 12 *Ab* Per *nouum (VI) caput incipit C*^{2}*OPVv hac inscriptione praemissa:* SEPTEM DISCIPLINARVM LIBRI *C m. post.*, DE DISCIPLINARVM LIBRIS *H*, DE LIBRIS DISCIPLINARVM LIBER (UNUS *F*, ALTER *E*) *BEF; cum sequenti capite coniungunt inscriptione quoque eius adiecta OP* id *W* mediolanii *C*^{2}*W*^{1}, mediolanis *D*, mediolanum *RV*, mediolanio *O* fui* *D* 13 etiam etiam *F* 14 ab] ad *E*^{1} aborrebant *C*^{1}*D*, abhorrebam *R* 15 cupiens] c. transire *W*^{1} quidam *H* quasi quibusdam *B* 16 peruenire *a* perducere *BF*^{1}, duci *a* eorum *MOP* 17 gramatica *C*^{1}*H* quē *ex* quae *H* 18 nostro] meo *W* perdedi *C*^{1} musica* (s *ras.*) *H* uolumina (a *ex* e *corr.*) *H*

ad eandem partem, quae rythmus uocatur. sed eosdem sex libros iam baptizatus iamque ex Italia regressus in Africam scripsi; incoaueram quippe tantummodo istam apud Mediolanium disciplinam. de aliis uero quinque disciplinis illic similiter incoatis, de dialectica, de rhetorica, de geometrica, de arithmetica, de philosophia, sola principia remanserunt, quae tamen etiam ipsa perdidimus, sed haberi ab aliquibus existimo.

CAPVT VI. (VII.)

DE MORIBVS ECCLESIAE CATHOLICAE ET DE MORIBVS MANICHEORVM LIBRI DVO.

1 Iam baptizatus autem cum Romae essem nec tacitus ferre possem Manicheorum iactantiam de falsa et fallaci continentia uel abstinentia, qua se ad inperitos decipiendos ueris Christianis, quibus conparandi non sunt, insuper praeferunt, scripsi duos libros, unum de moribus ecclesiae catholicae et alterum de moribus Manicheorum. (1)

11 Aug. Conf. VIIII, 3, 5. 8, 17

1 eandem *BCDEFGNW*, eam *cet. v* partē (rt *in ras. m. 2*) *C* rithmus *BC²DGHMNO²PQRS¹V*, rethmus *O¹*, ritmus *C¹*, rihtmus *E*, arithmus *FS²* (*mg.*) *W* 2 ex*ita*lia (i *et* a *ras.*) *C*, exiit alia *D¹* recressus *C¹*, reggressus *F*, regresus *H* affricam *BCEFGNQR*, africa *HVa* 3 incoaueram *C¹DF¹*, inquoaueram *V*, inchoaueram *cet.* istum *H¹* apud istam *Q¹* mediolanum *C²EFG¹PQRSVWv* 4 discipli**nis (li *ras.*) *H* 5 inchoatis (ch *in ras. m. 2*) *C*, incoatis *D¹*, inuocatis *R* rethorica *BC¹DEFGHMNOPQR* ge*ometrica *M*, geometria *a* aritmetica *C¹D*, arytmetica *P*, arihtmetica *E* de arithmetica *om. N* 6 philophia *M* 7 etiam *om. F* ipsa *H² in mg.*, ipsā *D¹* perdedimus *C¹V* aberi *D* ab aliquibus haberi *W* exhistimo *V*, estimo *O* hoc opus sic incipit: omnia nomina tredecim *add. a* 8 VI* *C*, *om. BDFOPQVW*, VII *v* 9 *inscriptio deest in OP¹QV* aeclesiae *C¹H*. aecclesiae *D* *alt.* de *om. FW* 10 manichaeorum *M* liber *C¹M* libri duo *D² in mg.* 11 autem baptizatus *B* autem *G² s. l.*, *del D²* rom*e (a *ras.*) *M*, roma *D¹* ne *E¹* ferre tacitus *v* 12 possim *D¹* manicheorum *CDM*, manichaeorum *cet.* contenentia *D¹* 13 qua* (e *ras*) *M* 14 cō*parandi (n *ras.*) *C* 15 libros *B² in mg.* ecclesiae catholicae moribus *B* aecclesię *CD* et *om. v*

(2) In eo igitur, qui est de moribus ecclesiae catholicae, ubi 2
posui testimonium, in quo legitur, *quoniam propter te adficimur tota die, aestimati sumus ut oues,* mendositas nostri codicis me fefellit minus memorem scripturarum, in quibus nondum adsuetus eram. nam eiusdem interpretationis alii codices non habent: propter te adficimur, sed propter te morte adficimur, quod uno uerbo alii dixerunt mortificamur. hoc esse uerius graeci libri indicant, ex qua lingua in latinam secundum Septuaginta interpretes ueterum diuinarum scripturarum est facta translatio. et tamen secundum haec uerba, id est: propter te adficimur, multa disputans dixi, quae in ipsis rebus non tamquam falsa inprobo, uerum tamen conuenientiam scripturarum ueterum et nouarum, quam demonstrare cupiebam, ex his dumtaxat uerbis non utique demonstraui. unde autem mihi error obrepserit, dixi; ex aliis uero testimoniis eandem conuenientiam sufficienter ostendi.

(3) Et paulo post testimonium posui de libro Sapientiae se- 3
cundum codicem nostrum, in quo scriptum erat: *sobrietatem enim sapientia docet et iustitiam et uirtutem,* et

2 De mor. eccl. cath. I. 9, 14 sq. Ps. 43, 23. Rom. 8, 36 16 De mor. eccl. cath. I, 16, 26—29 17 Ibid. I, 16, 27 18 Sap. 8, 7

1 igitur] i. libro D^2 *s. l.* *Q* aecclesiae *C*, eclię *H*, aecclaesiae *D* catholicae ecclesiae *B* ubi *om.* *E* 2 posui *in ras.* *E*, possui *O* quoniam *CD*, *om. cet. v* propterea (*om.* te) *E* 3 adficimur] affici-mur** *H*, morte aff. *R* di*e *M* oues CD^1R, oues occisionis *cet v* mensitas H^1 4 cudicis *V* scribturarum *EH* 5 adsuetos C^1, assuetus *BEFGMRSW* nam—morte adficimur M^1 *in ras.* interpraetationis *DMP* 6 aficimur *M* sed—adficimur *om.* *H* 8 mor i-ficamus *H* uerus H^1 greci *C* 9 in linguam *W* in latinam B^2 *in mg.* interpraetes *DMP* 10 scripturarum diuinarum *P* diuinar*um (i *ras*) *Q* facta est *B* 12 falsū *E*, falsa *H* 13 conuenientia *O* ueterum et n..scripturarum *B* qualem *NQ* 14 utiqu e *D* 15 ****unde *H* ****obrepserit (orbe *ras.*) *D* 16 uero] autem *B* conuenentiam C^1, conscientiam *O* 17 Et] similiter et $D^2GHMOPQVv$ libro* (s *ras.*) *C* 18 cudicem *V*, coticem D^1 nostri E^1 subrietatem C^1, sobriaetatem *D* 19 *tert.* et *om.* *N*, *eras.* *D*

secundum haec uerba disserui res quidem ueras, sed ex occasione mendositatis inuentas. quid enim uerius, quod sapientia doceat ueritatem contemplationis, quam nomine sobrietatis significatam putaui, et actionis probitatem, quam per duo alia intellegi uolui, per iustitiam atque uirtutem, cum codices eiusdem interpretationis ueriores habeant: sobrietatem enim et sapientiam docet et iustitiam et uirtutem? his enim omnibus latinus interpres quattuor illas uirtutes, quae maxime in ore philosophorum esse adsolent, nominauit, sobrietatem appellans temperantiam, prudentiae inponens nomen sapientiam, fortitudinem uero uirtutis uocabulo enuntians, solam iustitiam suo nomine interpretatus est. has autem quattuor uirtutes in eodem libro Sapientiae suis nominibus appellatas, sicut a Graecis uocantur, longe postea repperimus in codicibus
4 graecis. item quod posui de libro Salomonis: *uanitas uanitantium, dixit Ecclesiastes*, in multis quidem codicibus legi, sed hoc graecus non habet; habet autem: uanitas uanitatum, quod postea uidi, et inueni eos latinos esse

9 Plato Legg. p. 963 C—964 B. Phaedo p. 79 C. Cic. de fin. II, 51. Diels Doxogr. p. 569, 4. 570, 30 15 De mor. eccl. cath. I, 21, 39 Eccle. 1, 2

1 *haec *D* 2 occasionis C^1, hoccasione (e *m. 2 in ras.*) *D* uerus H^1 quod] quam quod P^2Q^2v 3 ueritatem] uirtutem *a* (*et* 9) subrietatis C^1, sobriaetatis *D* 4 prauitatem G^1R 5 atque] et *Q* cudices *V* 6 interpraetationis *DMP* habeant ueriores *B* subrietatem C^1V, sobriaetatem *D*, sobrietatem appellans Q^1 7 docent CD^1 *alt. et om. N, expunxit* D^2 uirtutem] ueritatem *BF*, u. sobrietatē appellans tempantiā *R* 8 omnibus C^1DM *NQR*, nominibus *cet. v* latinus *om. F*, latinis *R* 9 ore] hore *D*, opere M^1R nomnauit *H* 10 prudentiae] et pr. *a* nomen imponens *B* 11 sapientiae B^1D^2Q, sapientia D^1 uiro *C* uobulo C^1 12 interpraetatus *DMPRV* quatuor C^1GS^2 14 appellantur *V* reperimus BC^1DEPR 15 ytem E^1 possui *O*, dixi *B* solomonis C^1, salemonis *R* uanitantium] uanitatum C^2EH^2OPQa 16 aecclesiastes *CD*, ęclesiastes *H* codicibus (cibus *in ras.*) *M*. coditibus C^1 17 *bis* habit C^1 autem *om. O* 18 uanitatjum *M*, uanitantum *V*, uanitantium *CDEHNOPQRa* uidi et *in ras. S* et *om. E* eis *V* latinis BF^2S^2a

ueriores, qui habent uanitatum, non uanitantium. ex occasione tamen huius mendositatis quaecumque disserui, uera esse ipsis rebus apparet.

(4) Quod autem dixi: *eum ipsum, quem cognoscere uolumus,* 5
hoc est deum, *prius plena caritate diligamus,* melius diceretur: sincera quam *plena,* nisi forte putatur caritatem dei non futuram esse maiorem, quando uidebimus facie ad faciem. sic itaque hoc accipiatur, tamquam plena dicta sit, qua maior esse non possit, quamdiu ambulamus per fidem; erit enim plenior, immo plenissima, sed per speciem. item quod dixi 6 de his, qui subueniunt indigentibus, quia *misericordes uocantur, etiam si sapientes usque adeo sint, ut iam nullo animi dolore turbentur,* non sic accipiendum est, tamquam definierim in hac uita esse tales sapientes; non enim dixi: cum sint, sed dixi: *etiam si sint.*

(5) Alio loco, ubi dixi: *iam uero, cum haec humana dilectio* 7 *inhaerentem uberibus suis nutrierit et roborauerit animum, sequendo deo factus est idoneus; ubi eius maiestas ex tanta parte,*

4 De mor. eccl. cath. I, 25, 47 7 I Cor. 13, 12 9 II Cor. 5, 7 11 De mor. eccl. cath. I, 27, 53 16 De mor. eccl. cath. I, 30, 64

1 habet *H* uanitat*um (i *ras.*) *M*, uanitatium *BH*, uanitantium *CD*[1]*EOPVa* *alt.* uanitatium *C*, uanitantum *V*, uanitatum *EOPa* 2 hoccasione *C*[1]*D*[1]*Q*, occassione *O* quecumquae *D*, quicumque *H*[1], quemcumque *Q* 3 ipsis] in i. *BFGM*[2] (*s. l.*) *Sa* apparent *Va* 4 cognuscere *C*[1]*V*, cognoscere* *D* 5 primum *R* plaena *H*[1] 6 plena] caritate *add. M*[2] *s. l.* nisi] ne *m* potatur *V*, putetur *E*, putaretur *m* caritatem dei] caritatem *C*[1] 7 uidemus (e *ex* i, bi *m. 2*) *C*, uidimus *D*[1], u. eum *a* faciae *D* 8 plena* (s *ras.*) *R* dictum sit *D*[2]*Q*, dicta erat *D*[1] qua* (m *ras.*) *CM*, quia *B*[1]*E* 9 posit** (sit *in ras.*) *C* ambolamus *V*, ambulemus *M* ęņim erit enim *H* 10 sed] scilicet *a* per *om. V* 11 iis *m* 12 adeo* sint (s *ras.*) *C*, adeos sint *D* sint (si *in ras.*) *H* iam] etiam *EO* 13 definierim* (im *m. 2 in ras.*) *C*, diffinierim *F*, defunerim *O*[1] 14 tales esse *B* sed] et *H* 16 alio] a. uero *B* 17 tuis *am* nutrierit *CD*, nutriuerit *cet. v* roburauerit *M* 18 deo *G*[2] *in ras.*, deum *C*[2]*EOPV* factus est] factus *EHOPRVa*, factum *m* idoneum *m* ex *add. M*[2]

quanta animi, dum terrae huius inhabitator est, sufficit, aperire se coeperit, tantus caritatis ardor innascitur et tantum diuini amoris consurgit incendium, ut exustis omnibus uitiis in homine sanctificato atque purgato satis appareat, quam diuine dictum sit: ego sum ignis consumens, possunt putare Pelagiani istam perfectionem in hac mortali uita me dixisse posse contingere. sed non hoc putent. ardor quippe caritatis sequendo deo factus idoneus et tam magnus, ut uitia cuncta consumat, in hac uita nasci et crescere potest, perficere uero, propter quod nascitur, ut nullum insit homini uitium, non consequenter hic potest, quamuis tanta ista res eodem ardore caritatis perficiatur, ubi perfici et quando perfici potest, ut. quemadmodum lauacrum regenerationis purgat a reatu omnium peccatorum, quae humana traxit natiuitas et contraxit iniquitas, ita illa perfectio purget ab omnium labe uitiorum, sine quibus esse non potest humana in hoc saeculo infirmitas. sicut accipiendum est etiam quod dixit apostolus: Christus

5 Deut. 4, 24 Hebr. 12, 29 13 Tit. 3, 5 17 Eph. 5, 25—27

1 animi $CD^1G^2S^2$ (*in mg.*), animi humani E^1OP, animus humanus E^2, homini *cet. v* habitator *V*, inhabitatur H^1, inhabitor *P* apperire *E* 2 coepit Q^1 et tantum] et in t. *EOP*, in tantum *R* 3 diuini* (s *ras.*) *R* insurgit *MV*, surgit *OP* exutis *P* in] et *EHMOPV* 4 atque purgato D^2 *in mg.* purgato atque sanctificato *a* quam] quia *H in ras.* diuinae C^1MP 5 putare* *H* 6 pilagiani G^1, plenariam *F* 7 contingere (on *in ras. m. 2*) *C* ardore C^1D^1R 8 sequendo] siue s. *BCDFGNQR*^{1}*S*, s*ue R^2 deum C^2EOPa idoneus] ideus C^1, obediens *F* et tam] etiam *O* ut M^2 *s. l.* 9 consum*at *C*, consum*at* *M*, consumet *H* 10 homini] in h. *M* 11 hoc C^1 potest] po* (t *ras.*) *N* quamuis* (s *ras.*) *CD* ista tanta *O* 12 *pr.* perfici—potest B^2 *s. l.* perfici et] perficiat *a* et D^2 *in ras.* 13 labacrum C^1V, lauachrum *NO* purgat* *C* a*reatu (u *ras.*) *D* 14 huma *H* 15 illa *om.* G^1 purgit C^1D^1 purget perfectio *N* omni *v* laue C^1, laui D^1 16 qubus *C* esse non potest in hoc mundo humana *B*, humana esse non potest *m* potes** *H* saeculo] mundo *B* 17 sicut *P*. sicus *O*, sic *N* dixit *C*, ut D^1, ait *cet. v*

dilexit ecclesiam et semet ipsum tradidit pro ea, mundans eam lauacro aquae in uerbo, ut exhiberet sibi gloriosam ecclesiam non habentem maculam aut rugam aut aliquid eius modi. hic est enim lauacrum aquae in uerbo, quo mundatur ecclesia. sed cum tota dicat, quamdiu hic est: dimitte nobis debita nostra. non utique hic est sine macula aut ruga aut aliquid huius modi, ex eo tamen, quod hic accipit, ad illam gloriam, quae hic non est, perfectionemque perducitur.

(6) In alio libro, cuius est titulus: de moribus Manicheorum, illud, 8 quod dixi: *dei bonitas omnia deficientia sic ordinat, ut ibi sint, ubi congruentissime possint esse, donec ordinatis motibus ad id recurrant, unde defecerunt,* non sic accipiendum est, tamquam omnia *recurrant ad id, unde defecerunt,* sicut Origeni uisum est, sed ea omnia, quae recurrunt. non enim recurrent ad deum, a quo defecerunt, qui sempiterno igne punientur, quamuis

6 Matth. 6, 12 11 De mor. eccl. cath. II, 7, 9 14 Rufin. de princ. II, 3, 3. (Patrol. lat. XI, 168 sq. M.) Aug. de ciu. dei XXI 17 (II, 548, 24 ed. Hoffm.) de gest. Pel. 3, 10. Op. inp. c. Iul. V, 47 VI, 10. de haeres. 43. Oros. ad Aug. 3 (Patrol. lat. XLII, 668 M. CSEL XVIII, 156, 17 ed. Schepss) Aug. ad Oros. 5 (ibid. p. 672)

1 aecclesiam *CD*, ecłam *H* semet *CD*, se *cet. v* et se ipsum *E in ras.* ipsam D^1 tradedit C^1 2 eum D^1 lauachro *NO* atque *Q* exiberet C^1D, exhiberit *V* 3 ecłam *H*, aecclesiam *D* 4 huius modi *Rv* hic] hoc *a* est *om.* Q^1R enim] etiam BGS^2 (*in mg.*) labacrum *V* 5 aecclesia *CD*, ecclesię E^1 6 dica*t (n *ras.*) *H*, dicat ecclesia *a* 7 hic B^2 *s. l.* est hic *a pr.* aut *BCDV*, et *cet. v* aliquid *C in ras.*, aliquod *P*, aliquo *O* 8 huius modi (hu *in ras. C*) *CDNQR*, eius modi *cet. m* hic Q^2 *s. l.* accepit C^1D^1, accipiat Q^1 9 perfectionem E^1 10 est *om.* C^1 titulus Q^2 *s. l.*, titolus *V* manich*eorum (i *ras.*) *M*, manichaeorum *cet. praeter CD* 11 defitientia *D* ibi] ubi C^1PQ^1 12 concruentissime C^1 possent CD^1, possunt BE^1H ordinati C^1N, ordinationis *R* mo*tibus (r *ras.*) *C*, moribus HO^1 (14) *id (h *ras.*) *C* 14 ad id G^2 *s. l.* defecerunt (de *m. 2 s. l.*) *M* origene H^1, origini D^1 usum Q^1 15 *pr.* recurrant R^1 enim *om. O* ad deum *om. O* 16 a] a* (d *ras.*) *C*, adquo *D*

omnia deficientia sic ordinentur, *ut ibi sint, ubi congruentissime possint esse*, quia et illi, qui non recurrunt, congruentissime
9 in poena sunt. alio loco: *nemo fere,* inquam, *de scarabeis dubitat, quin de limo in pilam rotundato ab his atque obruto existant,* cum hoc exemplum utrum uerum sit multi dubitant, multi ne audierint quidem.
10 Hoc opus sic incipit: *In aliis libris satis opinor egisse nos.*

CAPVT VII. (VIII)

DE ANIMAE QVANTITATE LIBER VNVS.

1 In eadem urbe scripsi dialogum, in quo de anima multa quaeruntur ac disseruntur, id est unde sit, qualis sit, quanta sit, cur corpori fuerit data, cum ad corpus uenerit qualis efficiatur, qualis cum abscesserit. sed quoniam quanta sit diligentissime ac subtilissime disputatum est, ut eam, si possemus, ostenderemus corporalis quantitatis non esse et tamen magnum aliquid esse, ex hac una inquisitione totus liber nomen accepit, ut appellaretur de animae quantitate.

3 De mor. eccl. cath. II, 17, 63. Plin. Nat. hist. XI, 28, 34

1 ibi] ubi P^1 congruentissimo M^1, congruentis•sime H 2 possent CD^1 et *om.* M recurrent F congruentissimae D 3 •in (in *ras.*) C uere H inquam fere R^1 de scarabeis B^2CDEHM^1PQV, de scarrabeis R, dispar ab eis B^1GM^2NS dubitant BF^1R, cogitat H 4 quin] qui in B^1, qui F^1HN limo CD^1NRS^2 (*in mg.*), fumo O^1, fimo *cet. v* rutundato C^1, retundato R oruto C^1 5 cum] quam H exemplum utrum *scripsi*, exemplo C^1D^1, exemplū an C^2, exemplum RS^2 (*in mg.*), utrum *cet. v pr.* multi *om. a* dubitant BC^1DGS, dubitent *cet. v* 6 audiuerint PVv, uiderint E^1 7 hoc—nos *om.* P^1 libris *om.* E opinio regisse H 8 VII• C, *om.* D 9 *inscriptio deest* Q liber unus *om.* F 10 urbe• (m *ras.*, u *ex* o *corr.*) CD 11 diseruntur D^1 qualis sit *om.* Q quanta—cur M *in ras.* 12 quur HP^1, *passim;* cū D^1 corpori (po *m. 2 in mg.*, i *ex* e) C, corpore H^1 aduenerit $HMOP$, peruenerit V 13 quanta sit quoniam H^1 14 diligentissimae •ac (h *ras.*) D, *om.* B subtilissime (ti *et* si *in ras.*) M, suptilissime PS est] e. ac diligentissime B possimus C^1D^1HOV 15 (quantitat)is non—accepit M *in ras.* tam agnum D^1 17 ••••de animae (ae *ex* a) H

(2) In eo libro illud, quod dixi, *omnes artes animam secum adtulisse mihi uideri nec aliud quicquam esse id, quod dicitur discere, quam reminisci et recordari,* non sic accipiendum est, quasi ex hoc adprobetur animam uel in alio corpore uel alibi siue in corpore siue extra corpus aliquando uixisse et ea, quae interrogata respondet, cum hic non didicerit, in alia uita ante didicisse. fieri enim potest, sicut iam in hoc opere supra diximus, ut hoc ideo possit, quia natura intellegibilis est, ut conectatur non solum intellegibilibus uerum etiam inmutabilibus rebus, eo ordine facta, ut, cum se ad eas res mouet, quibus conexa est, uel ad se ipsam, in quantum eas uidet, in tantum de his uera respondeat. nec sane omnes artes eo modo secum adtulit ac secum habet; nam de artibus, quae ad sensus corporis pertinent, sicut multa medicinae, sicut astrologiae omnia, nisi quod hic didicerit non potest dicere. ea uero, quae sola intellegentia capit, propter id, quod dixi, cum uel a se ipsa uel ab alio fuerit bene interrogata et recordata, respondet. 2

1 De an. quant. 20, 34 4 Plato Phaed. p. 72 sqq. Phaedr. p. 249 sq. Men. p. 80 sqq. Cic. Tusc. I, 24, 58. Aug. de trin. XII, 15, 24 7 Retract. I, 4, 8

1 eo CD^1NRS^2 (*in mg.*), quo *cet. v* illud *om. N* quod *om. MNS*^{2} omnes] quod o. NS^2, omnis *V* secum (c *m. 2 in ras.*) *C* 2 quidquam C^2D^1SV id (i *ex* a *corr.*) *C* 3 et] ac *GRv* 4 animam *CDEQR*, anima *cet.* uel in $B^1CDEGNQ^1RS$, uel hic in *cet. v* uel alibi—corpore B^2 *s. l.* in alibi (*del. m. 2*) *CD* 5 *pr.* siue** *M* et] ex D^2 *s. l.* 6 respondit *V* hec *F* didiceret C^1, dicerit M^1 7 didicisse] non d. *F* potest] non p. *P* iam] iam etiam *HMOP* in *eras. D* corpore *E* dixi *P* 8 naturę *E* *alt.* ut] et $B^2FHMOPVv$ 9 conectitur $B^2FHMOPVv$ solum (ol *m. 2*) *Q* 10 facta] facta est *BCDGNQRSa* ut] et *MR* mouit C^1D^1V 11 connexa *EQ* a se ipsa B^2FHa (*in mg.*) uidit B^1 in tantum—his M^2 *in ras.* 12 respondet $B^1C^2D^1FGNRSa$, respondit C^1M nec] nam *O* 13 adtu*lit (l *ras.*) *C* ac] *ac (h *ras.*) *D*, hęc C^1, aut BC^2, uel *P* habit C^1 sensum M^1 14 pertinet M^1 multae (ae *ex* a) *Ha* meditinae C^1 15 didicit $C^2E^1MNOPR^2$, dedicit *V*, dicit R^1, discit *H* .uero] u. sola *F* 16 intelligentiae *N* propter M^2 *s. l.* *id (h *ras.*) *C* eum F^1 a*se (s *ras.*) *C* 17 ab D^2 *in mg.* bene fuerit B^1 respondit C^1DMR, responderet O^1

3 Alio loco: *uellem*, inquam, *hinc plura dicere ac me ipsum* (3)
constringere, dum quasi tibi praecipio, ut nihil aliud agerem, quam redderer mihi, cui me maxime debeo. ubi uideor dicere potius debuisse: *redderer* deo, *cui me maxime debeo.* sed quoniam prius sibi ipse homo reddendus est, ut illic quasi gradu facto inde surgat atque adtollatur ad deum, sicut filius ille minor prius reuersus est ad semet ipsum et tunc ait: surgam et ibo ad patrem meum, ideo sic sum locutus. denique mox addidi: *atque ita fieri amicum mancipium domino.* quod ergo dixi: *cui me maxime debeo,* ad homines rettuli; magis enim mihi me debeo quam hominibus ceteris, quamuis deo magis quam mihi.

4 Hic liber sic incipit: *Quoniam uideo te abundare otio.*

CAPVT VIII. (VIIII)

DE LIBERO ARBITRIO LIBRI TRES.

1 Cum adhuc Romae demoraremur, uoluimus disputando quaerere, unde sit malum, et eo modo disputauimus, ut, si possemus, id quod de hac re diuinae auctoritati subditi credebamus etiam ad intellegentiam nostram, quantum disserendo opitulante

1 De an. quant. 28, 55 7 Luc. 15, 18 9 De an. quant. 28, 55; cf. Hor. sat. II, 7, 2

1 inc D^1 ac] a CD^1 ac me *E in ras.* ipso *C* 2 tibi (ti *ex* tu) *M,* mihi *R* aliud *om. M* 3 redderer] reddere D^1, reddere me *E* maxime me B^1 ubi—debeo *om. O* ubi] sed quo ubi *H* 4 me *om.* H^1 sed *om. H compluribus litt. erasis* 5 prius *D in ras.* sibi prius *B* reddendū D^1 illic] hic $B^2GM^2S^1$, illi H^1a 6 factus *V* attolatur (at *pr. s. l. m. 2*) *C* 7 tunc (c *in ras.*) *M,* sic *H* ait (a *in ras.*) *M* 8 locutus sum *B* loquutus HP^1Q^2 9 mox C^1 *s. l.* addedi *V,* addidi *E* ita] iō deo *a* manticipium B^1 domini *FNS*^{2} (*in mg.*) 10 ego Q^1 maxime me B^1 me C^2 *s. l.* rettuli D^1MQ, retu li (l *ras.*) *C,* retuli *cet.* 11 mihi me] mihi met $B^1C^1D^1EFGN$ 13 hic] h. enim *F* habundare C^1D^1EOQR, ambulare B^1 14 VIII] IX *v, om. DQ* 15 libro M^1 liber C^1P 16 rome *D* remoraremur *HOa* uoluemus C^1 disputandum M^1 17 unde (e *ex* a) *E* possimus D^1NV 18 id] hoc *H* aucturitati D^1, auctoritate H^1, auctoritatis *GNSV* subditi *B* credebamus (cr *in ras.*) *M.* 19 disserendum C^1D^1 oppitulante *P*, itulante C^1D^1, opilante H^1

deo agere possemus, ratio considerata et pertractata perduceret. et quoniam constitit inter nos diligenter ratione discussa malum non exortum nisi ex libero uoluntatis arbitrio, tres libri, quos eadem disputatio peperit, appellati sunt de libero arbitrio. quorum secundum et tertium in Africa iam Hippone Regio presbyter ordinatus, sicut tunc potui, terminaui.

(2) In his libris ita multa disserta sunt, ut incidentes nonnullae 2 quaestiones, quas uel enodare non poteram uel longam sermocinationem in praesenti requirebant, ita differrentur, ut ex utraque parte uel ex omnibus earundem quaestionum partibus, in quibus non apparebat, quid potius congrueret ueritati, ad hoc tamen ratiocinatio nostra concluderetur, ut, quodlibet eorum uerum esset, laudandus crederetur uel etiam ostenderetur deus. propter eos quippe disputatio illa suscepta est, qui negant ex libero uoluntatis arbitrio mali originem duci et deum, si ita est, creatorem omnium naturarum culpandum esse contendunt, eo modo uolentes secundum suae inpietatis errorem — Manichei enim sunt — inmutabilem quandam et deo coaeternam

4 Aug. ep. XXXI, 7 7 *In his libris*—p. 38, 1 *naturam mali*] Aug. de don. perseu. 11, 27 17 Aug. de haeres. c. 46. Confess. V, 5, 8. 7, 12

1 deo C^2 *in ras.* ag*ere (a *ras.*) *M* possimus D^1HNPS^1, possumus *a* tractata *HMPRVv*, tracta *O* 2 consistit *C*, constit D^1, constet D^2 3 libero (li *s. l.*) *C* 4 eadem] ad eadem *M* libero (ero *in ras. m. 2*) *M* 5 tercium D^1 affrica *BFGSV*, affricam *R* iam CD^1EGNS, etiam *R*, iam etiam *cet. v* ippone *FGHMNQ²SV*, ipponie *E*, yppone *BOP*, inppone *D* 6 presbiter *CDEGHMP* 7 di*serta *C*, diserta B^1FNR incedentes C^1P nonnullas *O* 8 questionis C^1 longuam *Q* sermonationem D^1 9 ***** in (in prę *ras.*) *C* requerebant C^1D *ante* ita *ras. complurium litt. H* differentur $B^1C^1D^1E^1$ FHM^1Q, differuntur M^2RV 10 utraque (utr *in ras.*) *M* 11 quod M^1 pocius *D*, potius (o *ex* a *corr.*) *E* congruerit C^1 12 ratiotinatio *DGMR*, ratiocinacio C^1, ratio B^1 nostra concl. rat. *B* 13 uerum M^1 *in mg.* esset] esse *G*, esse ad C^1 uerum e. eorum *B* laudandos C^1, laudantis D^1 crederetur B^2 *s. l.* 14 propter eos *M in ras.* disputio C^1 suscepta e. illa *B* 15 ex] et *N* 16 creaturarum D^2 *s. l.* 17 suae *om.* C^1 18 enim sunt *s. l. P*, enim conati sunt GM^2NS, enim sunt conati B^1 eternam *E*

introducere naturam mali. de gratia uero dei, qua suos electos sic praedestinauit, ut eorum, qui iam in eis utuntur libero arbitrio, ipse etiam praeparet uoluntates, nihil in his libris disputatum est propter hoc proposita quaestione. ubi autem incidit locus, ut huius gratiae commemoratio fieret, transeunter commemorata est, non, quasi inde ageretur, operosa ratiocinatione defensa. aliud est enim quaerere, unde sit malum, et aliud est quaerere, unde redeatur ad pristinum uel ad maius perueniatur bonum.

3 Quapropter noui heretici Pelagiani, qui liberum sic asserunt (3) uoluntatis arbitrium, ut gratiae dei non relinquant locum, quandoquidem eam secundum merita nostra dari adserunt, non se extollant, quasi eorum egerim causam, quia multa in his libris dixi pro libero arbitrio, quae illius disputationis causa poscebat. dixi quippe in primo libro *male facta iustitia dei uindicari* et addidi: *non enim iuste uindicarentur, nisi fierent uoluntate.* item cum ipsam bonam uoluntatem tam magnum bonum esse monstrarem, ut omnibus corporis et extraneis bonis merito anteponeretur, dixi: *uides igitur iam, ut*

3 Prou. 8, 35 sec. LXX 11 Aug. de haeres. c. 88 15 De lib. arb. I, 1, 1 19 De lib. arb. I, 12, 26

1 mali naturam *v* uero *om. R* 2 sic *om. P* praedistinauit C^1D^1HM iam in eis *in ras. et mg.* M^2 utur H^1 3 *etiam (a *ras.*) *D* praeparet C^1D^1H, praepararet *cet.* uoluntatis D^1 uoluntates praeparet *a* nihil (l *ex* s) *E* 4 hanc propositam quaestionem D^2E^2OPQa 5 incedit *P* locus *om. F* commeratio H^1 fierit C^1V fieret commemoratio *v* transeunter (t *pr. m. 2*) *C*, transeuntu* Q^1 6 inde] non i. *a* operusa C^1D^1 7 deffensa E^1 unde—quaerere M^2 *s. l.* 8 unde *N in mg.* pristinum (tinum *in ras.*) *M* 9 perueniator P^1 10 qu*apropter (i *ras.*) *D* 11 uolontatis *D* relinquaṇt *H* 12 ea *V* adserunt $C^1D^1E^1HV$, asserunt *cet.* 13 *egerim (a *ras.*) *E* in *om. E* (mul) ta in his M^2 *in ras.* 15 libro primo *Bv* . mala facta *H* 16 addedi *V*, addi C^1 uindicaremur F^2, uindicarentur (r *pr. in ras.*) *G* 17 fierint C^1D^1, *om. O* uolontatem *V, semper* uoluntatem bonam *a* 18 esse bonum *H* corporeis NQ^2v et (e *m. 2*) *M* extraneis CD^1EFRS^2 (*in mg.*), exterius *O*, externis *cet. v* 19 anteponerem *Ha* iam** *H*

existimo, in uoluntate nostra esse constitutum, ut hoc uel fruamur uel careamus tanto et tam uero bono; quid enim tam in uoluntate quam ipsa uoluntas sita est? et alio loco: *quid ergo causa est,* inquam, *cur dubitandum putemus, etiamsi numquam antea sapientes fuimus, uoluntate nos tamen laudabilem et beatam uitam, uoluntate turpem et miseram mereri ac degere?* itemque alio loco: *ex quo conficitur,* inquam, *ut quisquis recte honesteque uult uiuere, si id se uelle prae fugacibus rebus uelit, adsequatur tantam rem tanta facilitate, ut nihil aliud ei quam ipsum uelle sit habere, quod uoluit.* itemque alibi dixi: *hoc enim aeterna lex illa, ad cuius considerationem redire iam tempus est, incommutabili stabilitate firmauit, ut in uoluntate meritum sit, in beatitate autem et miseria praemium atque supplicium.* et alio loco: *quid,* inquam, *quisque sectandum et amplectendum eligat, in uoluntate esse positum constitit.* et in secundo libro: *homo enim ipse,* inquam, *in quantum homo est, aliquod bonum est, quia recte uiuere, cum uult, potest.* et alio loco dixi: *recte*

3 De lib. arb. I, 13, 28 7 De lib. arb. I, 13, 29 10 De lib. arb. I, 14, 30 14 Id. I, 16, 34 15 Id. II, 1, 2 17 Id. II, 18, 47

1 exstimo *B* uoluntate in nr̄a *O* nostra esse (a es *in ras. m. 2*) *H* constitutū *D*[1] uel *B*[2] *s. l.* perfruamur *B* 2 tantum *D*[1] et tam] etiam *N*, et *O* uero] m̄iro (u *ras.*, m *m. 2*) *C*, uiro *D*[1] tam tam *D* 3 ipso *Q*[1] sita] si*ta (si *m. 2*, i *ras.*) *C*, si ita (si *m. 2*) *V*, si ita *DE*[1]*H*[1]*R* 4 causa est *C*[1]*D*[1]*E*[1]*M*[1], causae est *cet. v* quur *C*[1]*D*[1]*EP*[1] etiamsi (e *m. 2*) *C* 5 ante *BEFGMQSVm* fumus *H*[1] *nos *C* 6 uoluntatem *D* et] ac *a* mereri] misereri *H* ac *om. a* tegere *H* 7 item *G*[1]*v* 8 honeste *M*[1], honestaque *Q*[1] id *in ras. C, add. Q*[2] *s. l.* fugatibus *F* rebus] ał. bonis *a in mg.* 9 rem tantam *F* facillitate *Q*[1], felicitate *P* ei] dei *CD*[1]*E*[1]*S*[2] (*mg.*) 10 uelle* *C* 11 cuius ad *B* consi*derationem *H* 12 incommutabilis *D*[1] 13 beatitate* *C*, beatitudine *BQ*[2] miseria* *C* sup*plicium *H*, supplitium *D* 14 et] in *R* 15 constetit *C*[1]*D*[1]*V*, constituit *M*[2] secundo libro *CD*, libro secundo *cet. v* 16 inquam inquam *D* aliquod (d *s. l.*) *CD* 17 rectae *M* dixi loco *F*[1] loco (co *s. l.*) *V*

fieri non posse nisi eodem libero uoluntatis arbitrio. et in libro tertio: *quid opus est quaeri,* inquam, *unde iste motus existat, quo uoluntas auertitur ab incommutabili bono ad commutabile bonum, cum eum non nisi animi et uoluntarium et ob hoc culpabile esse fateamur omnisque de hac re disciplina utilis ad id ualeat, ut eo motu inprobato atque cohibito uoluntatem nostram ad fruendum sempiterno bono a lapsu temporali conuertamus?* et in alio loco: *obscure,* inquam, *de te ueritas clamat. non enim posses aliud sentire esse in potestate nostra nisi quod, cum uolumus, facimus. quapropter nihil tam in nostra potestate quam ipsa uoluntas est. ea enim prorsus nullo interuallo mox, ut uolumus, praesto est.* item alio loco: *si enim tu laudaris,* inquam, *uidendo, quid facere debeas, cum id non uideas nisi in illo, qui est incommutabilis ueritas, quanto magis ille, qui et uelle praecepit et posse praebuit et non inpune nolle permisit.* deinde subiunxi dicens: *si enim hoc debet quisque, quod accepit, et sic homo factus est, ut necessario peccet, hoc debet, ut peccet. cum uero peccat, quod debet facit; quod si scelus est dicere, neminem*

2 Id. III, 1, 2 8 Id. III, 3, 7 12 Id. III, 16, 46 15 Philipp. 2, 13

1 libero] libro F^1, *om.* O^1 tertio libro O 2 inquam quaeri FVm iste (e *ex* a *corr. m. 2*) C quod H 3 commutabili C^1 4 eum] enim D^1V uoluntarium (n *s. l. m. 2*) C ab GS^1 culpabilem $BEFG$ $HNQSv$ 5 omnis qui R, omnesque D^1 ualeat (a *pr. ex* o) Q 6 ut] ut et R moto H^1 cohibito (cohi *in ras.*) M, quohibito C^1D^1 uoluntate nostra R 7 perfruendum $FSVv$, fruendam H temporalium $BD^2FGHMQSVv$ conuertamur G^1H 8 in CD, *om. cet. v* obscure CE^1RS^2 (*mg.*), obscu**re (ra *ras.*) D, optime *cet. v* de te] te B^1, deceo H^1, de cetero FH^2 (*mg.*) ueritas *om.* H ueritas de te B^2 enim] e. de te R 9 posse MV, possum a sentiri H nisi] n. id B^1 qđ cum M^2 *in ras.*, quod M^1 10 uoluimus Q nil R qua Q 11 ea] et H 12 praesta D^1, semper praesto O alio] in a. $BEFGNQS$ 13 uidendo *om.* C^1D^1R id] *id (h *ras.*) CD, in id H 14 *alt.* qui C^2D^2 *s. l.* 15 praecipit B^2FHO impune (u *m. 2 in ras.*) M, inpone C^1D^1 16 subiuxi C^1, subiunxit N debit C^1 quis H quisque debet B accipit HM 17 est *om.* R 18 uero CD^1, ergo *cet. v* si] si id R est] e. hoc B^2 *s. l.*

natura sua cogit, ut peccet. et iterum: *quae tandem esse poterit,* inquam, *ante uoluntatem causa uoluntatis? aut enim et ipsa uoluntas est et a radice ista uoluntatis non receditur, aut non est uoluntas et peccatum nullum habet. aut igitur uoluntas est primum causa peccandi aut nullum peccatum est prima causa peccandi, nec est, cui inputetur peccatum nisi peccanti. non ergo est, cui recte inputetur nisi uoluntati.* et paulo post: *quis,* inquam, *peccat in eo, quod nullo modo cauere potest? peccatur autem: caueri igitur potest.* quo testimonio meo in quodam libro suo Pelagius usus est. cui libro cum respondissem, titulum libri mei esse uolui: de natura et gratia.

(4) In his atque huius modi uerbis meis, quia gratia dei 4 commemorata non est, de qua tunc non agebatur, putant Pelagiani uel putare possunt suam nos tenuisse sententiam. sed frustra hoc putant. uoluntas quippe, qua et peccatur et recte uiuitur, quod hic uerbis egimus, uoluntas ergo ista nisi dei gratia liberetur a seruitute, qua facta est serua peccati,

1 De lib. arb. III, 17, 49 7 Id. III, 18, 50 11 Aug. de nat. et grat. 1, 1. 7, 7. 67, 80 17 Rom. 6, 17. 20

1 sua* (m *ras.*) *G* cogi *CD*^{1} cogit natura sua *a* iterum] rerum *R* quae tandem] quid euitandum *N* tandem *om. B* 2 et *om. NQ, eras. D* ipso *D*^{1} 3 uoluptas *B* ista] ipsa *M*, illa *B* 4 et] ut *BM*^{2} *s. l.* habit *C*^{1}, habeat *B* 5 primum *CD*^{1}*ENR*, prima *cet. v* causa—prima *M*^{2} *s. l. et in mg.* aut nullum—peccandi *G*^{2} *in mg., om. R* 6 peccanti *P* nec] non *O*^{1} cui] cui**** *C*, cui recte *BD*^{2}*EFGNOPQSVv*, recte cui *H* peccati *C*^{1} peccanti—nisi *om. P* 7 recte *om. R* inputetur] i. peccatum *a* uoluntati *CD*^{1}*M*^{1}*R*, uolentis *E*, uolenti *cet. v* et *om. H* 8 nullu *D*^{1} cauere *D*^{1}*P*, cabere *C*^{1}, caueri *cet. v* potest—caueri *om. H* peccatur—potest *om. E* peccator *C*^{1}*D*^{1}*F*^{1}*P*^{1}*R*^{1} 9 cauere *D*^{1}, *caueri (*g ras.*) *R* testimonium *C*^{1} quodam (o *ex* a) *C* 11 titolum *V* uolui *om. H*, uolui* *D* 12 atque] autem *F* meis *del. D*^{2} gratię *C*^{1}*D*^{1} 14 pelagini *C*^{1}*D*^{1} uel] quod *Q*^{1} suam] iam *H* timuisse *Q*^{1} 15 fustra *G* quippe] q. est *BD*^{2}*EFGM*^{2}*P*^{2}*QSv* peccator *F*^{1} 16 uiuitur (it *in ras.*) *M* quid *B*^{1} his *EMQ*^{2}*Vv* egitus *H*^{1}, agitur *H*^{2} *s. l.* ista *CDR*, ipsa *cet. v* 17 gratia dei *BFOPRSa* est *om. F*

et, ut uitia superet, adiuuetur, recte pieque uiui a mortalibus non potest. et hoc diuinum beneficium, quo liberatur, nisi eam praeueniret, iam meritis eius daretur et non esset gratia, quae utique gratis datur. quod in aliis opusculis nostris satis egimus istos inimicos huius gratiae, nouos hereticos, refellentes, quamuis in his libris, qui non contra illos omnino — quippe illi nondum erant — sed contra Manicheos conscripti sunt de libero arbitrio, non omni modo de ista dei gratia reticuimus, quam nefanda inpietate conantur auferre. diximus quippe in secundo libro *non solum magna sed etiam minima bona non esse posse nisi ab illo, a quo sunt omnia bona, hoc est deo.* et paulo post: *uirtutes*, inquam, *in quibus recte uiuitur, magna bona sunt; species autem quorumlibet corporum, sine quibus recte uiui potest, minima bona sunt; potentiae uero animi, sine quibus recte uiui non potest, media bona sunt. uirtutibus nemo male utitur, ceteris autem bonis, id est mediis et minimis, non solum bene sed etiam male quisque uti potest. et ideo uirtute nemo male utitur, quia opus uirtutis est bonus usus istorum, quibus etiam non bene*

4 Aug. c. d. epist. Pelag. I, 18, 36 sqq. de spir. et litt. 27 sqq. de nat. et gr. 47, 55 sqq. de gest. Pel. 7 sqq. de grat. Christi I, 4, 5 sq. de gr. et lib. arb. 5, 10 sqq. 21, 42, sqq. 10 De lib. arb. II, 19, 50

1 ut *om.* $C^1D^1M^1$ uitio D^2 rectae *M* a *add.* D^2 non pot. a mortalibus *a* 2 quo] quod HOP^1RV liberaretur *M*, liberator H^1 3 eam*** (qui *ras.*) *M* prꝙuenerit C^1D^1, praeuenirit *V*, praeueniret (t *m. 2 in ras.*) *M* essit *V*, esse CD^1H^1 gratiam *C* 4 utique] unicuique B^1 in aliis] malis *O* opuscolis D^1 5 inimicos *om.* B^1, inimicus H^1 6 quamuis CD^1, quamuis et *cet. v* in *om.* HOQ^1 libros C^1 7 manicheus C^1D^1, manichaeos *MV* libro Q^1 8 reticuimus (e *ex* a) *Q* 10 posse esse *P* 11 illo] ipso *B* ho Q^1 deo] a deo BD^2FGSV 12 in CD^1EMP^1R, *om. cet. v* recte *om.* F^1 13 quorumlibet (quor *in ras.*) *M* minima—potest *om. E* 14 sunt *ex* sū H^2 animae *a* ****sine (sine *ras.*) *H* non *om.* Q^1 15 uirtutibus uero *a* 16 id est] et B^1 minimis (s *m. 2 in ras.*) *C* 17 uti quisque *B* uirtutē *C* ne^{mo} (mo *m. 2*) *D* quia] qui C^1 18 uirtutes Q^1 bonis *R*, bonūṣ *H* usus *om. H* iustorum B^1

uti possumus; nemo autem bene utendo male utitur. quare abundantia et magnitudo bonitatis dei non solum magna sed etiam media et minima bona esse praestitit. magis laudanda est bonitas eius in magnis quam in mediis et magis in mediis quam in minimis his bonis, sed magis in omnibus, quam si non omnia tribuisset. et in alio loco: *tu tantum,* inquam, *pietatem inconcussam tene, ut nullum tibi bonum uel sentienti uel intellegenti uel quoquo modo cogitanti occurrat, quod non sit ex deo.* itemque alio loco dixi: *sed quoniam non, sicut sponte homo cecidit, ita etiam sponte surgere potest, porrectam nobis desuper dexteram dei, id est domini nostri Iesu Christi, firma fide teneamus.*

(5) Et in libro tertio, cum dixissem illud, quod et Pelagium de meis opusculis usum fuisse commemoraui: *quis enim peccat in eo, quod nullo modo cauere potest? peccatur autem: caueri igitur potest,* continuo secutus adiunxi: *et tamen etiam per ignorantiam facta quaedam inprobantur et corrigenda iudicantur, sicut in diuinis auctoritatibus legimus. ait enim apostolus: misericordiam consecutus sum, quia ignorans feci; ait et*

6 Id. II, 20, 54 13 Retract. I, 8, 3 De lib. arb. III, 18, 50 sq. 17 I Tim. 1, 13

1 possimus Q^1 habundantia *BCDEHOQR* 2 magnitudo] magna *H* magna *om. H* 3 mea et mima Q^1, minima et media F^1 praestetit C^1V magisque *P* 4 magis] mag*is (n *ras.*) *H* in mediis quam H^2 *s. l.* 5 minimis] mediis F^1 his CD^1MNR, *om. cet. v* bonis *om. F* quam *om.* B^1 omnia (nia *in ras.*) *M*, omnibus O^1P 6 tribuissit *V* in *CDE*, *om. cet. v* pietate $BC^2D^2EGNQRS$ inconcusam H^1, incocussam D^1, inconcussa $B^2C^2D^2EGQRS$, incussa B^1 7 sentienti (ti *in ras.*) *S*, scienti B^2 intellegenti (ti *in ras.*) *S* 8 quoquo] quo D^1M cogitandi *E* occurrit *G* itemque] item quod *a* 9 non *om. Q* homo* *H* 11 dei] idi *O* id est] et *B* dominum *Pv* nostrum *Pv*, *om. ENQ* iesum christum *Pv* 12 illud (d *ex* m) *E* quod $BCD^1F^1GNOPQRS^1$, quo *cet. v* 13 enim] e. inquam *a* 14 eos O^1 nullu *CD* cauere C^1D^1, caueri *cet. v* peccatur (r *m. 2*) *F*, peccator $C^1D^1R^1$ 15 igitur G^2 *mg.* potest] p. peccatum *Q* sequutus *EPQ*^{2}, sequitur H^1, sequenter H^2 adiunxi* (n *m. 2 s. l.*, t *ras.*) *C*, adiunxit *F* etiam *om. BN* 16 facta] etiam f. *N* iudicentur *H* 17 legimus (mus *m. 2*) *Q* misericordiam] m. dei *a* 18 consequutus HPQ^2

propheta: delicta iuuentutis et ignorantiae meae ne memineris. sunt etiam necessitate facta inprobanda, ubi uult homo recte facere et non potest. nam unde sunt illae uoces: non quod uolo facio bonum, sed quod odi malum, hoc ago; et illud: uelle adiacet mihi, perficere autem bonum non; et illud: caro concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem. haec enim inuicem aduersantur, ut non ea, quae uultis, faciatis? sed haec omnia hominum sunt ex illa mortis damnatione uenientium. nam si non est ista poena hominis, sed natura, nulla ista peccata sunt. si enim non receditur ab eo modo, quo naturaliter factus est ita, ut melius esse non possit, ea quae debet facit, cum haec facit. si autem bonus homo esset, aliter esset; nunc autem quia ita est, non est bonus nec habet in potestate, ut bonus sit, siue non uidendo, qualis esse debeat, siue uidendo et non ualendo esse, qualem debere esse se uidet. poenam istam esse quis dubitet? omnis autem poena, si iusta

1 Ps. 24, 7 3 Rom. 7, 15 5 Rom. 7, 18 6 Gal. 5, 17

1 iuuentutis] i. meae *Fv* ignorantias *a* meae *om.* Q^1, meas *a* 2 memineris] m. dñe B^1 sunt—uult *add.* C^2 *in mg.* inprobabanda C^2 ult C^1 3 rectae *D* unde] et u. *H* non *CDEQR*, non enim *cet. v* 4 boni *H* *odi (h *ras.*) *H* 5 et illud *om. H* adiacet (a *alt. ex* o) *H*, adiecet C^1, adiacit *V* 6 non *del.* D^2, *rursus add.* D^3, non inuenio $B^2H^1P^2Ra$, non ago P^1 aduersum *H* 7 auersus C^1 inuicem] i. sibi *GP*, sibi i. NS^2 10 uenientia R^1 ****ista (ista *ras.*) *M* hominum *H* naturae B^1M^2 11 ista *om. O* si *om. H* receditur] recedit HR^2, recte dicitur CD^1 ****ab eo (ab eo *ras.*) *M* 12 ut *om.* H^1 essent H^1 non *om.* H^1 posset *CV* 13 debit C^1 sic M^2 autem] enim *BFM*^{2} aliter EM^1OP, si alter Q^1, non aliter B^2F, si aliter *cet.* 14 *ita (a *ras.*) *M* bonus *om. H* in *om. R* 15 sit *om.* H^1 uiuendo *O* qualis—uidendo et P^2 *in mg.* 16 siue] si H^1 uiuendo *R*, uidenda E^1 et non—uidet E^2 *in mg.* non *om.* Q^1 qualem C^2 *in ras.*, qualis $B^2FH^2Q^1$, quales H^1 deberet B^2FH^2, debeat Q^1 esse *om. Q* se *om. O*, si $B^2F^2H^2$, sic F^1 uidit D^1 17 istam *M* qui C^1, quid Q^1 dubitat *F* autem M^2 *in ras.* pena C^1D^1, *fere semper* iusta est *om. H*

est, peccati poena est et supplicium nominatur. si autem iniusta poena est — quoniam poenam esse nemo ambigit — iniusto aliquo dominante homini inposita est. porro quia de omnipotentia dei et iustitia dubitare dementis est, iusta haec poena est et pro peccato aliquo penditur. non enim quisquam iniustus dominator aut subripere hominem potuit uelut ignoranti deo aut extorquere inuito tamquam inualidiori uel terrendo uel conturbando, ut hominem iniusta poena cruciaret. relinquitur ergo, ut haec poena iusta de damnatione hominis ueniat. et alio loco: *ad-*
probare, inquam, *falsa pro ueris, ut erret inuitus, et resistente atque torquente dolore carnalis uinculi non posse a libidinosis operibus temperare non est natura instituti hominis, sed poena damnati. cum autem de uoluntate recta faciendi loquimur, de illa scilicet, in qua homo factus est, loquimur.*

(6) Ecce tam longe, antequam Pelagiana heresis extitisset, sic 6 disputauimus, uelut iam contra illos disputaremus. cum enim

9 De lib. arb. III, 18, 52

1 peccata H^1, peccanti *EOP* et *om. R* minatur *H* 2 est poena *EQa* quoniam] cum *GS*, cum iustam *B* poena D^1 esse *om.* B^1 3 dominan•te (n *ex* m) *M* homine B^1 imposuit *H* 4 iustia H^1 ••iusta (pe *ras.*) *M* haec p. est B^2 *in mg.* 5 impenditur F^2 6 dominatur $B^2D^1E^1FGHORSa$ surripere *F* homini *V* uelud C^1H, uel B^1 ignorante B^1a aut B^2 *s. l.* 7 extorqueri *GS* tamquam *om. H* inṭalidiori *H* terreno B^1 conturbando *CDENOPQRS*^{2} (*mg.*), confligendo *cet. v* 8 ut] aut *C* homine C^1D^1 cruciare relinquitur. Ergo CD^1 9 aprobare E^1M 10 beris P^1 ueris, ut erret] uersu terret CD^1, uerisu terret *R*, uerisu terreret *H* inuit̃ *R* resistente (nte *m. 2 s. l.*) *CM*, resistet *C pr.* 11 atque•••••• *H*, ac *B* torrente Q^1 colore H^1, calore *a in mg.* uincoli *V* posse Q^2 *in mg.*, possit *EOPV* aḍ *CD* 12 operibus (b *m. 2*) *H* est] potest *R* institui Q^1, infatuati *O* homini *H* 13 damnati (ti *in ras.*) *C* uoluntate (te *m. 2 s. l. CD*) *CDR*, illa uoluntate *cet. l*, libera uoluntate *am* recta *CD*, rectae *M*, recte *cet. v* loquitur C^1D^1 14 *post* loquimur *eras.:* de illa scilicet *H* 15 ecce C^1 *in ras.* tam] quam BD^2E^1FGNQS pelagina C^1 extetisset C^1DV, exstitisset• (*& ras.*) *M* si H^1 16 disputabamus *R* ueluti (*om.* iam) *E* enim] omnia enim Q^1

bona dicerentur ex deo, id est et magna et media et minima, in mediis quidem bonis inuenitur liberum uoluntatis arbitrium, quia et male illo uti possumus; sed tamen tale est, ut sine illo recte uiuere nequeamus. bonus autem usus eius iam uirtus est, quae in magnis reperitur bonis, quibus male uti nullus potest. et quia omnia bona, sicut dictum est, et magna et media et minima, ex deo sunt, sequitur, ut ex deo sit etiam bonus usus liberae uoluntatis, quae uirtus est et in magnis numeratur bonis. deinde dictum est, ex qua miseria peccantibus iustissime inflicta liberet dei gratia, quia sponte homo, id est libero arbitrio, cadere potuit, non etiam surgere. ad quam miseriam iustae damnationis pertinet ignorantia et difficultas, quam patitur omnis homo ab exordio natiuitatis suae, nec ab isto malo quisquam nisi dei gratia liberatur. quam miseriam Pelagiani nolunt ex iusta damnatione descendere negantes originale peccatum, quamuis, ignorantia et difficultas etiamsi essent hominis primordia naturalia, nec sic culpandus, sed laudandus deus esset, sicut in eodem libro tertio disputauimus. quae disputatio contra Manicheos habenda est, qui non accipiunt scripturas sanctas ueteris instrumenti, in quibus peccatum origi-

9 Id. II, 20, 54. III, 18, 50 sqq. *deinde dictum*—47, 5 *profitentur*] Aug. de don. perseu. 11, 27 16 De lib. arb. III, 20, 58. I 22, 64 20 Aug. de haer. 46. Confess. VIIII, 4, 8

1 bona CD^1R, omnia bona *cet. v* ....dicerentur *D* *pr.* et *om. O*, *del.* D^2 2 librum Q^1 3 quia] quo E^1R illo *om.* $C^1D^1E^1R$ possimus D^1 4 nequeamus (a *add. m. 2*) *C* eius *om. N*, est *P* 5 in | in *Q* repperitur *mss.*, repperetur D^1 bonis *om.* D^1 (n)ullus F^2 *in ras.*, nollus D^1 6 omnia *M in ras.* sicut] s. et *B* 7 *alt.* ex F^2 *s. l.* etiam B^2 *s. l.*, et *a* 8 qui B^1 9 numerabitur *E* donis M^1 10 liberat D^2E^2Q 11 resurgere *FO* 12 pertinit *V* ignorantiae (*om.* et) EH^1OP 14 gratia dei *BEQNOP* pelagiani (ni *m 2 s. l.*) *S* 15 uolunt E^1 nolunt pelagiani *a* damnatio C^1D^1 discendere C^1D^1V, dei descendere *a* 16 et *M in ras.* hominis essent *B* 17 prim•ordia (o *ras.*) *E* natu alia *R* culpandus] c. deus *E* 18 deus *om. EH* deus esse D^1, esset deus *v* odem D^1 tertio libro *v* dispotatio *V* 19 manicheus D^1 20 originale peccatum *Pm*

nale narratur, et quidquid inde in litteris apostolicis legitur, detestabili inpudentia inmissum fuisse contendunt a corruptoribus scripturarum, tamquam non fuerit ab apostolis dictum, contra Pelagianos autem hoc defendendum est, quod utraque scriptura commendat, quam se accipere profitentur.

Hoc opus sic incipit: *Dic mihi, quaeso te, utrum deus non sit auctor mali.* 7

(X) CAPVT VIIII.

DE GENESI ADVERSVS MANICHEOS LIBRI DVO.

stultos esse aut sapientes, potest uideri esse contrarium illi, quod legitur in libro tertio de libero arbitrio: *quasi uero natura humana praeter stultam et sapientem nullam mediam recipiat affectionem.* sed illud ibi dictum est, ubi de primo homine quaerebatur, utrum sapiens fuerit factus an stultus an neutrum, quoniam nullo modo stultum dicere poteramus, qui sine uitio factus est, cum sit stultitia magnum uitium, et sapientem quomodo diceremus, qui potuit seduci, non satis apparebat. ideoque ad conpendium dicere uolui: *quasi uero natura humana praeter stultitiam et sapientiam nullam mediam recipiat affectionem.* intuebar quippe etiam paruulos, quos licet confiteamur trahere originale peccatum, tamen nec sapientes nec stultos possumus proprie dicere nondum utentes libero arbitrio seu bene seu male. nunc autem aut sapientes aut stultos esse omnes homines dixi eos uolens intellegi, qui iam ratione utuntur, qua discernuntur a pecoribus, ut homines sint, sicut dicimus beatos esse omnes homines uelle. numquid

1 De ut. cred. 12, 27 (p. 34, 21) 3 Aug. de lib. arb. III, 24, 71 9 Gen. 3, 13 18 Cic. Tusc. V, 10, 28. Aug. de Acad. I, 2, 5. Confess. X, 21, 31. de ciu. dei X, 1. enarr. in Ps. XXXII, 15. (serm. II.)

1 ꝑemini *F*, nulli *B* omnis *V* 2 stultus C^1D^1 esse stultos *B* esse *om. a* contra H^1 3 libero] liber D^1 humana natura *B* 4 stultam $C^1D^1RS^2$ *mg.*, stultiam *V*, stultitiam *cet. v* sapientem $C^1D^1E^1RS^2$ *mg.*, sapientiam *cet. v* 5 ibi] ubi *BFGM*^{1}*S* homine *om. N* 6 quaereuatur C^1D^1, quaebatur E^1 *alt.* an] aut *O* 7 quoniam nullo E^2 *in ras.* nullu C^1D^1 stultu D^1 9 quomodo] quoque *O* potui *E* seduci] ose *E* appareuat *E*, appareat C^1D^1R, apparebit D^2 10 com***pendium (pen *ras.*) *M* quasi] qui si *E* 11 recipit H^1, accipiat *BFGM*^{2}*S* 12 affeccionem *D*, affectationem *N* etiam] et *a* paruolus C^1, paruolos *V* quod OP^1 confiteremur *V*, confitemur *BF* 13 *originale (h *ras.*) *E* ***tamen *M* sapientes (— *ras.*) *H* 14 stultus D^1 propriae D^1M necdum *N* libero (ero *m. 2 in ras.*) *M*, liuero E^1 15 *pr.* aut] ut *F* 16 omnis *V* uoluens O^1 17 quam M^1 discernantur *O* peccoribus B^1QR, peccudibus B^2, corporibus M^1, peccatoribus E^1 ut *add.* C^2D^2 18 diximus B^2O beatus D^1 omnis *V*, homnes O^1 uelle homines *S*

enim in hac sententia tam uera atque manifesta metuimus ne intellegantur et paruuli, qui hoc adhuc uelle non possunt?

7 Alio loco, cum miracula commemorassem, quae dominus Iesus (5) fecit, cum hic esset in carne, adiunxi dicens: *cur, inquies, ista modo non fiunt?* atque respondi: *quia non mouerent, nisi mira essent; si autem solita essent, mira non essent.* hoc autem dixi, quia non tanta nec omnia modo, non quia nulla fiunt etiam modo.

8 In fine autem libri: *sed quoniam sermo iste noster,* inquam, (6) *multo processit longius, quam putabam, hic finem libro faciamus. in quo memineris uolo nondum me Manicheos coepisse refellere et illas nugas nondum inuasisse neque de ipsa catholica magnum aliquid aperuisse, sed uoluisse tantummodo eruere tibi, si possem, etiam opinionem de ueris Christianis malitiose aut inperite nobis insinuatam et erigere ad magna quaedam et diuina discenda. quare hoc uolumen ita sese habeat. placatiore autem*

4 De ut. cred. 16, 34 (p. 44, 7) 6 Retract. I, 12, 9 8 De ut. cred. 18, 36 (p. 47, 23)

1 enim *om. F* scriptura sententia *B* uera (a *ex* e) *C* metuimus (metui *m. 2*) *H* 2 ne* (c *ras.*) *CD* intellegentur *E* paruoli C^1D^1 uelle adhuc *B* 3 miracola *V*, *om. m* cummemorassem D^1 Iesus *om.* F^1 4 carne* *C*, carne* (m *ras.*) *D* adiuncxi *D*, adiunxi* (t *ras.*) *H* quur C^1D^1EH inquiens $BD^2EFGNOPQSV$, inquis *v* 5 atque] ad quę $C^1D^2FQ^1$, acq; Q^2 resspondi E^1 quod *F* 6 solida $C^1D^1Q^1$ non mira *B* 7 *pr.* non] nec *R* nullę *H* 8 finem D^1 quoniam] quod E^1 iste sermo *F* *noster (no *m. 2*) *D* inquam putabam m. processit longius quam *E*, inquit quam put. m. proc. l. *N* 9 praecessit M^1 10 me manicheus D^1, manicheos me Q^2Rm, manicheos (*om.* me) NQ^1 11 nugas *om. O* inuassisse *E* catholica] fide doctrina Q^2 *s. l.*, c. doctrina *a* 12 aperuisse D^2 *in ras.*, apparuisse BG^1S^1 tantumodo D^1 eruere *post* opinionem *B* tibi (t *add. m. 2*) *CD*, me tibi D^2Q^1 possim *M*, possem me *N* 13 etiam D^1R, ****etiam *C*, falsam etiam (a *alt. ex* u) *E*, falsam *cet. v* oppinionem *H*, opininionem G^1 maliciose C^1, matiose M^1 14 nobis (v *m. 2*) *C* insinuatam (am *m. 2*) *M* eregere C^1D^1 magnā D^1 15 sese] sesse D^1, esse *ER* habeat (b *m. 2*) *M* placaciore C^1, placatiori B^1

animo tuo facto ero fortassis in ceteris promtior. haec non ita dixi, quasi nihil contra Manicheos adhuc scripsissem uel nihil de doctrina catholica mandassem litteris, cum tot superius edita uolumina de utraque re non me tacuisse testantur, sed in hoc libro ad illum scripto *nondum Manicheos refellere* coeperam *et illas nugas nondum* inuaseram *neque de ipsa catholica magnum aliquid* aperueram, quoniam sperabam hoc initio facto ad eum me scripturum fuisse, quae hic non scripseram.

Hic liber sic incipit: *Si mihi, Honorate, unum atque idem* 9 *uideretur esse.*

(XV.)

CAPVT XIIII.

DE DVABVS ANIMABVS LIBER VNVS.

Post hunc librum scripsi adhuc presbyter contra Manicheos 1 de duabus animabus, quarum dicunt unam partem dei esse, alteram de gente tenebrarum, quam non condiderit deus et quae sit deo coaeterna, et has ambas animas, unam bonam,

1 Retract. I, 6. 8. 9 15 Aug. de haeres. 46. Confess. V, 10, 20

1 ero] e. promtior *P* fortasse D^2HMRV, fortaris D^1 promtior *BH*, *om. P*, promcior C^1, prumptior D^1E, promptior *cet.* 2 quasi *ex* qsi *H* contra *CDENQR*, aduersum *V*, aduersus *cet. v* manicheus D^1 adhunc C^1D^1 scripsisem C^1 3 nihil *om. O* de *om.* B^1O tot* (h *ras.*) *CD* 4 uolumina (n *in ras.*) *M*, uolunina O^1 utraquae D^1 re *om.* BM^1 me* *H* testentur tacuisse *a* testantur *C*, testentur (t *pr. ex* u) *E*, testentur *cet. v* 5 hos libros C^1D^1 scriptum C^1a nondum] num D^1 manicheus D^1 manicheos—nondum B^2 *s. l.* 6 inuasseram C^1 catholica] catholicam D^1, doctrina *add.* Q^2 *s. l.* 8 inicio C^1, in initio *P*, in illo M^1, in tuo *F* eum me] eum ipsum me *BGHM²OPSVv*, eum me ipsum *F* scripturum—non *om.* Q^1 recepturum *R* non C^1D, nondum *cet. v* 10 onerate *V*, honora *E* unus *E* 11 uidetur *CD¹EFGM²NRS* 12 XV *v*, *om. Q* 13 de] contra manichaeos de *v* animabus D^2 *s. l.* 14 post] p. hec *E* presbiter *CGMQ* contra M^2 *in mg.* manich *D* 15 duobus B^1 animabus *om.* E^1 dicuntur *EN* unam (u *m. 2*) *M* esse dei *B* esse *om. a* 16 alteram] a. esse *B* condederit C^1D 17 deo *ex* dei *D* quoaeterna C^1D^1 has (h *m. 2*) *H*

alteram malam, in homine uno esse delirant, istam scilicet malam propriam carnis esse dicentes, quam carnem etiam dicunt gentis esse tenebrarum, illam uero bonam ex aduenticia dei parte, quae cum tenebrarum gente conflixerit, atque utrumque misceri, et omnia quidem bona hominis illi bonae animae, omnia uero mala illi malae animae tribuunt.

2 In hoc libro illud, quod dixi, *nullam esse qualemcumque uitam, quae non eo ipso, quo uita est et in quantum omnino uita est, ad summum uitae fontem principiumque pertineat*, ita dixi, ut tamquam creatura ad creatorem pertinere intellegatur, non autem de illo esse tamquam pars eius existimetur.

3 Item quod dixi: *nusquam scilicet nisi in uoluntate esse peccatum*, possunt Pelagiani pro se dictum putare propter paruulos, quos ideo negant habere originale peccatum, quod eis in baptismo remittatur, quia nondum arbitrio uoluntatis utuntur, quasi uero peccatum, quod eos ex Adam dicimus originaliter trahere, id est reatu eius inplicatos, et ab hoc poenae obnoxios detineri, umquam esse potuit nisi ex uoluntate, qua uoluntate (2)

7 De d. anim. 1, 1 (p. 51, 14 ed. Zycha) 12 Id. 9, 12 (p. 68, 3)
1 alteram] et a. BD^2FGQS in—malam *om.* H uno homine *v* delerant C^1D^1 scilicit V 2 *post* malam *ras. 4 litt.* M quem E^1 3 gentes EH^1N aduenticia R^2 *in ras.*, aduintitia C^1, aduentia P 4 conflinxerunt H utramque *m* 5 misceri C^1D^1R, miscerit H, miscuerit *cet. v* homines C illę B^1 7 hoc (h *m. 2 s. l.*) C qualemque C^1 *fort. recte*, qualemquae D^1, qualecumque E^1 8 quantum] q. est B^1 9 summam E^1 fon***tem Q, bonum B^1 10 ita *om.* V ut tamquam] uitam quam C^1D^1 creatorem] creaturam H 11 esse *om.* B existim*etur (a *ras.*) H, exstimetur E 12 nusquam (us *in ras.*) M, nosquam C^1 in M^2 *s. l.* uoluntatem N 13 pellagiani S, etiam pelagiani H^1 14 *negant D originale CD^1, *om. cet. v* 15 baptismo] bap**tismo baptizatur H^1, baptismate *v* remittatur (ttat *in ras.*) M qua Q^1, quod B 16 eos *om.* V, eo M^1 17 reatui F^2, reati F^1, reatus D^1 eius] eos D^2 implicitos O ab C^1, ab** D^1, ob *cet. v* penae C^1 obnoxius E, obnoxio D^1, noxios F 18 deteneri M^1, detineri* (s *ras.*) E umquam C^1D^1R, nusquam BC^2FGM^2a, quam EQ^1, usquam *cet. m* potui C^1D^1, potuerit C^2H^2, posuit E, possit Q potuit esse B ex $BC^1D^1EFG^1NRS$, in *cet. v* nisi in M^2 *in ras.* qua uoluntate *om.* R

commissum est, quando diuini praecepti est facta transgressio. potest etiam putari falsa esse ista sententia, qua diximus *nusquam nisi in uoluntate esse peccatum*, quia dixit apostolus: si autem, quod nolo, hoc facio, iam non ego operor illud, sed quod in me habitat peccatum. hoc enim peccatum usque adeo non est in uoluntate, ut dicat: quod nolo, hoc facio. quomodo ergo nusquam est nisi in uoluntate peccatum? sed hoc peccatum, de quo sic est locutus apostolus, ideo peccatum uocatur, quia peccato factum est et poena peccati est, quandoquidem hoc de concupiscentia carnis dicitur, quod aperit in consequentibus dicens: scio, quia non habitat in me, hoc est in carne mea, bonum; uelle enim adiacet mihi, perficere autem bonum non. perfectio quippe boni est, ut nec ipsa concupiscentia peccati sit in homine, cui quidem, quando bene uiuitur, non consentit uoluntas; uerum tamen non perficit bonum, quia inest adhuc in concupiscentia, cui repugnat uoluntas; cuius concupiscentiae reatus in baptismate soluitur, sed infirmitas manet, cui, donec sanetur, omnis fidelis, qui bene proficit, studiosissime reluctatur. peccatum autem, quod *nusquam* est *nisi in uoluntate*, illud

4 Rom. 7, 20 cf. Rom. 7, 16 sq. 10 I Io. 2, 16. Aug. enarr. Ps. LVII, 18 11 Rom. 7, 18

1 est facta••• (est *ras.*) *M*, facta est *B*, esse f. *V* 2 potes H^1, po•test (s *ras.*) *Q* etiam *om. R* qua] quia *H* 3 ••••nisi (nisi *ras.*) *D* 4 e•go (r *ras.*) *CD* illud operor *F* 5 quod] id quod *HM* habitat in me *Bv* 6 in uoluntate non est *F* 7 nunquam *R* est D^2 *s. l.* 8 sed—peccatum *om.* C^1D^1R sed M^2 *in ras.* hoc peccatum *om.* NQ^1, peccatum hoc *M* loquutus *EHP*^{1} locutus est *Ba* 9 uocatū peccatum *H* quia] q. quod pro *Q* peccatum CD^1Ha factum *om.* CD^1 et *om. ENQR* poena—est *om. R* 10 est *om. N* 11 aperit *in ras.* F^2, apperit *H* 13 non] *del.* D^2, *adiecit* D^3, n. est M^2 *s. l.*, n. inuenio R^2a, alibi non inuenio H^2 *in ras.* perfectio *om. H*, perfecti D^1, protectio *E* 14 quippe] quippiā aū *H* nec ipsa (c i *m. 2 in ras.*) *M* si•t (n *ras.*) *H* 15 homine• *D* 17 in concupiscentia C^1D^1, concupiscentia *cet. v* cuius] cui *O* 18 reatus (r *ex* b) *M* permanet *P* cui don••ec *D*, donec cui F^1 19 studissime (si *m. 2*) *H* 20 nisi in] sine B^1GS^1 illud (ill *in ras.*) *C*

praecipue intellegendum est, quod iusta damnatio consecuta est — hoc enim per unum hominem intrauit in mundum — quamquam et hoc peccatum, quo consentitur peccati concupiscentiae, non nisi uoluntate committitur. propter hoc et alio loco dixi: *non igitur nisi uoluntate peccatur.*

4 Itemque alio loco ipsam uoluntatem definiui dicens: *uoluntas est animi motus cogente nullo ad aliquid uel non amittendum uel adipiscendum.* quod propterea dictum est, ut hac definitione uolens a nolente discerneretur et sic ad illos referretur intentio, qui primi in paradiso fuerunt humano generi origo mali nullo cogente peccando, hoc est libera uoluntate peccando, quia et scientes contra praeceptum fecerunt, et ille temptator suasit, ut hoc fieret, non coegit. nam et qui nesciens peccauit, non incongruenter nolens peccasse dici potest, quamuis et ipse, quod nesciens fecit, uolens tamen fecit; ita nec ipsius esse potuit sine uoluntate peccatum. quae uoluntas utique, sicut definita est, *animae motus fuit cogente nullo ad aliquid uel* (3)

2 Rom. 5, 12 5 De d. anim. 14 (p. 68, 21) 6 Ibid. (p. 68, 24) 10 Gen. 3, 1 sqq. 13 Retract. I, 12, 6

1 praecipuae *D* consequuta *EHP* 2 introiuit *v* 3 et *in ras. S*, ex Q^1 quod *OP* peccato D^2OPQV 4 committitur—uoluntate *om. R* commititur *C* hoc] qđ D^2 *s. l.* 5 peccatur nisi ex uoluntate *B* 7 uel] u. ad *B* amittendum* M^1, ammittendum *R*, admittendum $D^2E^2FHM^2OPV$, commitendum CD^1; *cf. p. 75, 1* 8 adhipiscendum *V*, ad**ipiscendum *F* quo S^1 ha*c (n *ras.*) *H*, hec *E*, ad hac C^1D^1 definicione C^1, deffinitione *F*, diffinitione *B* 9 discernere*tur (n *ras.*) *D* refferetur D^1M, refertur *R* 10 paradyso *BFGR* fuerunt C^1DOPR, fecerunt *cet.* humana C^1D^1, humani M^1 origo *OPR*, *origo (h *ras.*) C^1D, originem *cet.* 11 *pr.* peccare *F* hoc est—peccando *om.* $C^1D^1FM^1$ liuera E^1, libere H^2 uoluntate *om. H* 12 sciendo *a* *post* fecerunt *ras. 6 litt. M* temptatur D^1H^1 suasit] s. uoluntas *H* 13 ut] ut et E^1 fierit C^1D^1 no D^1 nam et qui] numquid *H* et *CDMQ²R, om. cet.* qui *om.* C^1R, qui ** (qui *m. 2*) *D* peccaui* (t *ras.*) *R* non incon(gruenter) M^2 *in ras.* 14 ingruenter C^1 peccasse* (t *ras.*) *C* 15 quod] qui E^1 nescienter *BFGS* uolenēs *O* ipsius—potuit Q^2 *in mg.*, tale peccatum Q^2 16 quae (uae *s. l. m. 2*) *C* 17 difinita *D* animae C^1D^1EMOR, animi *cet. v* motu E^1 nullo cogente *m* coegente *M*

non amittendum uel adipiscendum. quod enim, si noluisset, non fecisset, non coactus est facere. quia uoluit, ergo fecit, etsi non, quia uoluit, peccauit nesciens peccatum esse, quod fecit. ita nec tale peccatum sine uoluntate esse potuit, sed uoluntate facti, non uoluntate peccati, quod tamen factum peccatum fuit; hoc enim factum est, quod fieri non debuit. qui autem sciens peccat, si potest cogenti ad peccatum sine peccato resistere nec tamen facit, utique uolens peccat, quoniam qui potest resistere, non cogitur cedere. qui uero cogenti cupiditati uoluntate resistere non potest et ideo facit contra praecepta iustitiae, iam hoc ita peccatum est, ut sit etiam poena peccati. quapropter peccatum sine uoluntate esse non posse uerissimum est.

(4) Itemque definitio peccati, qua diximus: *peccatum est uoluntas retinendi uel consequendi, quod iustitia uetat et unde liberum est abstinere*, propterea uerum est, quia id definitum est, quod tantummodo peccatum est, non quod etiam poena peccati. nam quando tale est, ut idem sit et poena peccati, quantum

14 De d. anim. 11, 15 (p. 70, 15) Aug. op. inperf. c. Iul. I, 104. enarr. Ps. LVII, 18

1 ammittendum *R*, admittendum C^2D^2EFHOV adhipiscendum *V* enim *om. G* si] nisi *ENQS*^{2} *mg.* noluissit *V*, uoluisset *ENQS*^{2} *mg.* 2 *pr.* non] et si non *F* fecissit *V* coatus D^1 ergo—uoluit *om. HQ*^{1} ergo uoluit ergo D^2 3 etsi D^1R, et si *C*, etiamsi *cet. v* qua *N* noluit EF^2GNS 5 *bis* uoluntas C^1D^1ENQR 6 peccatum factum *F* peccatum *om.* M^1, *expunxit* D^2 debuit D^2 *in ras.* 7 qui *BCD*^{1}*EFGNRS*, quisquis *cet. v* si non *CDFR*, si non *BEGNOa* 8 facit] resistit D^2 *s. l.* nolens G^1 9 non cogitur *D* cedere (r *ras.*) *B* cogente E^1, uolenti *a* 10 cupiditati (i *tert. a m. 2*) *D* uoluntate *CD*^{1}, boni uoluntate E^1N, bona uoluntate *cet. v* ideoque (*om.* et) *E* 11 sit—poena M^2 *in ras.* 12 quapropter *C* 13 uirissimum *V* 14 diffinitio *B* quia *M* est E^2 *s. l.* 15 iustitia (e *ras.*) *M* et *del.* M^2, *om. BFGS* liberum] arbitrium *add.* M^2 *s. l.* 16 uera $E^2HOPQVv$ *pr.* est *om. H* 17 etiam] est *a* peccati poena O^1 18 quando] quantum est q. *N* est *om. E* et poena p. sit *B* et *om. EH*

est, quod ualet uoluntas sub dominante cupiditate, nisi forte, si pia est, ut oret auxilium? in tantum enim libera est, in quantum liberata est, et in tantum appellatur uoluntas. alioquin tota cupiditas quam uoluntas proprie nuncupanda est, quae non est, sicut Manichei desipiunt, alienae naturae additamentum, sed nostrae uitium, a quo non sanatur nisi gratia saluatoris. quod si quisquam dicit etiam ipsam cupiditatem nihil esse aliud quam uoluntatem, sed uitiosam peccatoque seruientem, non resistendum est nec de uerbis, cum res constet, controuersia facienda. etiam sic enim ostenditur sine uoluntate nullum esse peccatum siue in opere siue in origine.

6 Rursus in eo, quod dixi: *iam quaerere coeperam, utrum illud malum genus animarum, antequam bono misceretur, habuisset aliquam uoluntatem. si enim non habebat, sine peccato atque innocens erit et ideo nullo modo malum*, 'cur ergo', inquiunt, 'peccatum dicitis paruulorum, quorum uoluntatem non tenetis ream?' respondetur non eos proprietate uoluntatis, sed origine reos teneri. omnis enim homo terrenus quid est origine nisi (5)

6 Tit. 2, 11 12 De d. anim. 16 (p. 71, 23)

1 cupiditati *E* 2 oret (or *m. 2 in ras.*) *M* liuera E^1 in quantum] quia in tantum HM^2OPVa 3 liberata] libera (b *ex* u) *E* in quantum—est *post* uoluntas *posuit* E^2 4 tota] tam N^2O quam] quae FHS^1, qua *E* propriae *DMP* nuncupanda] noncupenda D^1, inculpanda *a in mg.* quae (uae *s. l. m. 2*) *C* 5 manichaei *M* despiunt D^1, disputant D^2 *s. l.* alenae H^1, alię N^1 6 sanatur C^1DFOPQ^1V, sanamur *cet. v* 7 aliud esse *m* 8 uoluntate D^1 peccatoq;** (ue *ras.*) *M* 9 resistendum (*pr.* s *m. 2*) *D* contruuersia D^1 10 facienda** *D* etiam] quoniam D^2 *s. l.*, est *a* sic] si C^1D^1 enim *om. N*, etiam D^2 11 nullum *del. B*, non *F*, nullum sic *H* operis E^1 12 rursum *R* coeperam (poteram *ras.*) *C*, poteram HM^1Q^2 illum OP^1V 13 bonū C^1D^1H, homo G^1Q habuissit *V*, habuisse *O* 14 enim] autem *O* peccatum D^1 15 innocens er. at. sine pecc. B^1 erit C^1D^1, erat *cet. v* nullu D^1 quur *CDEHP*^{1}, cum F^1 ergo] igitur *m* inquirunt O^1 16 uoluntate D^1 17 responditur C^1D^1, respondeť *N* eo *M pr.* propriaetate *D*, propriae *ENQ* 18 tineri C^1D^1 enim *om. F* .ē est (ē *m. 2*) *M*

Adam? porro autem Adam habebat utique uoluntatem, qua uoluntate cum peccasset, peccatum per eum intrauit in mundum.

(6) Itemque in eo, quod dixi: *natura esse malae animae nullo* 7
5 *modo queunt*, si quaeritur, quomodo accipiamus, quod ait apostolus: fuimus et nos natura filii irae sicut et ceteri, respondemus naturam in his uerbis meis me intellegi uoluisse illam, quae proprie natura dicitur, in qua sine uitio creati sumus. nam ista propter originem natura appellatur, quae origo
10 utique habet uitium, quod est contra naturam. et iterum quod 8
dictum est: *peccati reum tenere quemquam, quia non fecit quod facere non potuit, summae iniquitatis est et insaniae,* 'cur ergo', inquiunt, 'paruuli tenentur rei?' respondetur, quia eius ex origine tenentur, qui non fecit quod facere potuit, diuinum
15 scilicet seruare mandatum. quod autem dixi: *illae animae quid-* 9
quid faciunt, si natura, non uoluntate faciunt, id est si libero

2 Rom. 5, 12 4 De d. anim. 17 (p. 73, 22) 6 Eph. 2, 3 11 De d. anim. 17 (p. 73, 26) 14 I Io. 2, 3 15 De d. anim. 17 (p. 73, 28)

1 porro—adam M^2 *in mg.* autem *om.* B^1, *del.* D^2 **utique *H*, *om.* *O* 2 cum] eum *OP* peccasse *OP* intrauit p. e. peccatum *B* 3 mundo M^1 4 itemq;ue *M*, itemquae D^1 nature C^1S^1, naturę $C^2D^1S^2$, naturam *NR* nullu D^1 5 quaeunt *D*, quaerunt *GS*, queunt respondere *N* ait M^1 *in ras.*, iat *O* 6 natura *om.* *O* sicut *om.* *R* 7 naturam *om.* *BF* intellego H^1, intellegere H^2 8 illa D^1 propriae *DMP*, prorię R^1 natura *om.* *O* natura dicuntur CD^1, dicitur natura *a* 9 simus C^1D^1 ista* (m *ras.*) *D* appellantur C^1D^1 quae] quale *P* 10 et in eo iterum *Q* quod BC^1D^1EFNR, in eo quod *cet.* *v* 11 peccatori C^1D^1 reum peccati *F* teneri $BC^2D^2E^2H^2M^2$ *OPSv* quemquam (a *ex* e) *H*, quendam D^2 *s. l.* facit *O* 12 non *del.* E^2, *om.* *a* et insaniae est *Em*, et insaniae (*om.* est) D^1 quur $CDHP^1$ 13 paruuli inquiunt *O* paruoli C^1D^1 responditur C^1D^1 eius ex origine C^2D^2, ex origine C^1D^1R, eius origine *H*, ex or. eius *ENQ*, ex eius origine *cet.* 14 q* (i *m.* 2) *C*, quę D^1N potuit] non p. G^1 15 saluare *O* animae (ni *in ras. m.* 2) *C* 16 id est—faciendum et M^2 *in ras. unius lineae* si C^2D^2 *s. l.* liuero E^1, uero *R*

et ad faciendum et ad non faciendum motu animi carent, si denique abstinendi ab opere suo potestas nulla conceditur, peccatum earum tenere non possumus, propterea non perturbat de paruulis quaestio, quia ex illius origine rei tenentur, qui uoluntate peccauit, quando *libero et ad faciendum et non faciendum motu animi* non carebat eique ab opere malo abstinendi summa potestas erat. quod Manichei de tenebrarum gente non dicunt, quam fabulosissime inducunt, eamque naturam semper malam, numquam bonam fuisse contendunt.

Illud autem quaeri potest quomodo dixerim: *etiamsi sunt animae, quod interim incertum est, corporeis officiis non peccato, sed natura deditae nosque, quamquam sint inferiores, aliqua tamen interiore uicinitate contingunt, non illas ideo malas haberi oportere, quia nos, cum eas sequimur et corporea diligimus, mali sumus*, quandoquidem de illis hoc dixi, de quibus apertius loqui coeperam dicens: *quamquam etiamsi eisdem concedatur inferiore alio genere animarum nos inlici ad turpia, non inde conficiunt aut illas naturas malas esse aut istas summum bonum* — (7)

10 De d. anim. 20 (p. 77, 11) 16 Id. 20 (p. 76, 9)

1 et ad faciendum B^2 *s. l.* et ad non faciendum *add.* C^2D^2 *s. l.* non ad B^1 motu (u *ras.*) *C*, motū *R*, mutu D^1 animi B^2 *s. l.* 2 abstinendi C^1D^1ENR, his abstinendi (ab *ras.*) *F*, his abstinendi *cet. v* abstinendis B^1 nulla potestas F^1 3 peccato D^2 teneri D^2a; cernere E^2 *s. l.* 4 paruolis C^1D^1 illius (us *in ras.*) *M* 5 uolunta C^1D^1 liuero E^1 *pr.* et *om. ENQ* et non *C*, et ad non *cet. v* 6 eiquae D^1 abstenendi C^1 7 de nebrarum *E* 8 fabulosissimae D^1 eamquem D^1 9 numquā *C*, numqua D^1 bona D^1 10 etiamsi] eam si E^1 sint O^1 11 incertum (in *m. 2 in mg.*) *CD* 12 naturę *F* aliquantāen *R* 13 inferiore *H* contingant *a* ideo illas *F* malas (a *alt. in ras.*) *M* habere C^1D^1H 14 quia] q. et *a* ea *SV* corpore *EN* dilegimus *V* 15 apertius D^1, aptius (super *ras.*) *C*, superius *cet. v* 16 q: peram (c e *m. 2*) *C*, quaeperam D^1 etiamsi (si *del. m. 2*) *D* eisdem *CDEPQR*, eis *cet.*, eis quidem *a* 17 inferiore] in se inf. *R* alio] a. loco *E*, loco CD^1R, *fort. scrib.* aliquo nos *om. E*, non *O* 18 ullas *B* natura *EHMv* malas (as *m. 2 in ras.*) *M*

de his enim disputationem usque ad hunc loculum perduxi, ubi dixi: *etiamsi sunt animae, quod interim incertum est, corporeis officiis non peccato, sed natura deditae* et cetera — quaeri ergo potest, cur dixerim: *quod interim incertum*, cum prorsus dubitare non debuerim non esse tales animas. sed hoc ideo dixi, quia expertus sum, qui dicerent diabolum et angelos eius bonos esse in genere suo et in ea natura, in qua eos creauit deus ordine proprio tales, quales sunt, sed nobis malum esse, si inliciamur et seducamur ab eis, si autem caueamus eos atque uincamus, decorum atque gloriosum. et hoc qui dicunt, uidentur sibi, ut id probent, de scripturis adhibere idonea testimonia uel illud, quod scriptum est in libro Iob, cum diabolus describeretur: hoc est initium figmenti domini, quod fecit ad inludendum ab angelis suis, uel illud in Psalmo centesimo tertio: draco hic, quem finxisti ad inludendum ei. quam quaestionem, quae non aduersus Manicheos, qui hoc non sentiunt, sed aduersus alios, qui hoc

6 Aug. de ciu. dei XI, 11 sqq. 13 Iob 40, 14 15 Ps. 103, 26. cf. Aug. de ciu. dei XI, 15

1 enim *om. H* disputationib⁹ us quę *H* hunc (unc *m. 2 in ras.*) *M*, huc C^1D^1, illum *B* loculū C^1D^1, locum *cet. v* perduxi usq. ad il. l. (per *s. l. m. 2*) *B* 2 incertū (s *ras.*) *H* 3 corporeis—incertum *om. V* naturę *H* 4 potest ergo *E* potest (tes *in ras. m. 2*) *C* quur $C^1D^1EHP^1$ quod *om. F* incertum C^1D^1, incertum est *cet. v* inc. est interim *B* cum *om.* C^1D^1, qđ *H* 5 *alt.* non] nec B^1 sed hoc M^2 *in ras.* hoc D^2 *s. l.* ideo dixi hoc *P* 6 dicerint D^1 diabulum C^1D^1EH angelus D^1, angelis E^1 7 bonus C^1D^1E esse *om. H* creauit eos *B* 9 inlitiamur *D* 11 ut] et C^1 de⁹scripturis (s *ras.*, s *pr. a m. 2*) *C* adhiberi *V*, adhiberent *R* 12 testimonia idonea R^1 uel] de *R* illo *R*, illud in psalmo Q^1 in *om.* C^1 13 diabulus D^1 describeretur M^2 *in ras.*, discriberetur C^1, describetur S^1, describeret *E* est *om. B* inicium C^1 14 fecerit *B*; feci *F* 15 centisimo C^1D^1 tercio C^1 dracho $C^1D^1E^1$ finxisti C^1D^1, formasti *BN*; fecisti *Q* 16 quescionem D^1 quae] quia C^2 (*s. l.*) *a* non *om. F*, nos E^1 aduersus] a. est *GS* 17 manichaeos *M*, manicheus D^1; manicheos est *BEFNQ* nen *om. V* alios] eos *OP*

sentiunt, suscipienda esset atque soluenda, pertractare atque enodare tunc nolui, ne librum multo, quam uellem, facerem longiorem, cum uiderem, etiamsi hoc concederetur, tamen debere Manicheos ac iam posse conuinci introducentes insanissimo errore naturam mali aeterno bono coaeternam. ideo ergo dixi: *quod interim incertum est,* non quod ego inde dubitarem, sed quod inter me et illos, quos ita sapere inueneram, nondum esset ista quaestio dissoluta. quod tamen in aliis longe posterioribus libris meis de Genesi ad litteram secundum scripturas sanctas quanta potui manifestatione dissolui.

11 Alio loco: *propterea,* inquam, *corporea diligendo peccamus,* (8) *quia spiritalia diligere et iustitia iubemur et natura possumus, et tunc in nostro genere optimi et beati sumus.* ubi quaeri potest, cur *natura* et non gratia *possumus* dixerim. sed contra Manicheos de natura quaestio uersabatur, et utique id agit gratia, ut ista natura, quod uitiata non potest, possit per eum, qui uenit quaerere et saluum facere, quod perierat.

9 Aug. de Gen. ad litt. XI, 20 sqq. 11 De d. anim. 20 (p. 77, 16) 17 Luc. 19, 10. Matth. 18, 11

1 suscipiendam D^2OPQV esset *C in ras.,* esse D^2OPQV soluendam D^2OPQV pertractare at atq; quam *Q* 2 tunc] nunc *E,* hic *N,* tunc hic *Q* uolui C^1D^1a ne] nec C^1D^1, uel *B* 3 uideretur *F* 4 delibere *Q* manicheos debere R^1 manicheus D^1 ac *om.* *BCDEFGHNQ*^{3}*RS,* hac *O* iam posse *BCD*^{1}*EFGNQRS,* hoc posse *H,* posse *cet.* conuinci] uinci *CDENQR* insanissimos errores C^1D^1 5 aeterno aeternam B^1 quoaeternam C^1D^1 6 inde (de *s. l.*) *C* 7 iter D^1 8 ista esset *B* dissuluta D^1 quod D^1, qđ *C,* quam *cet. v* alis S^1 9 genesis C^1D^1 10 quata C^1, quantum *a* 11 corporea *om. F* 12 qui *BFGNQS* spiritualia *BNS*^{2}, *sic semper* iustitiam *FH,* iusta *P* debemus *R* 13 tunc (in *ras.*) *E* generi D^1 genere nostro *a* optimi C^1DQR beati *C,* beatissimi *cet. v* quaeri] quae Q^1 14 quur C^1DEHP^1 et *om. B* possumus] potius C^2E^2OPa, posuimus H^1 15 manicheus D^1 quaestio de natura *B* agit *om. F,* agat C^1, ait P^1, agitur *a* 16 ista natura D^1, sanata natura (sanata *m. 2 in ras.*) *C,* sanata n. *H,* natura sanata (sanata *s. l. m. 2*) *M,* sanata natura *cet. v* 17 quaere *E* saluum facere] saluare D^2NQ, salvare *E* pererat C^1

quam tamen gratiam etiam tunc recolens oraui pro familiarissimis meis, qui mortifero illo adhuc tenebantur errore, et dixi: *deus magne, deus omnipotens, deus summae bonitatis, quem inuiolabilem et incorruptibilem credi atque intellegi fas est, trina unitas, quam catholica ecclesia colit, supplex oro expertus in me misericordiam tuam, ne homines, cum quibus mihi a pueritia in hominum uictu fuit summa consensio, in tuo cultu a me dissentire permittas.* sic utique orans iam fide retinebam non solum conuersos ad deum gratia eius adiuuari, ut proficiant ac perficiantur — ubi adhuc dici potest pro merito conuersionis illorum istam dari gratiam — uerum etiam ut conuertantur ad deum, ad ipsam dei gratiam pertinere, quem pro eis oraui, qui erant ab illo nimis auersi, atque ad illum conuerterentur oraui.

Hic liber sic incipit: *Opitulante dei misericordia.* 12

3 De d. anim. 24 (p. 79, 26) 9 Act. 11, 21 13 Eccli. 46, 13. Hier. 4, 28

1 etiam *om.* G^1 tunc *in ras.* C, *om.* B^1, nunc (n *pr. ex* h) *E*, hic *N* pro] ut pro *R* familiarissimis (fa *s. l. m. 2*) *CD* 2 meis *om.* Q^1 mortifera D^1 3 dixi** deus (deus *m. 2*) *D* summe *M* 4 et incorruptibilem (atque incommutabilem *ras.*) *C*, atque incommutabilem B^2GHM^1, et incommutabilem *SV*, et (*om. B*) incorruptibilem atque incommutabilem B^1FM^2OP, incorr. atque immutabilem *a* 5 trina] et tr. *R* ecclesia catholica *FP* colit ecclesia *B* colet C^1D^1V suplex BC^1D expertis C^1 6 ne] ut B^1 cum] uni H^1, uani H^2 7 a H^2 *s. l.* puericia (p *m. 2*, in *om.*) *E* hominum] homine C^1, omni D^2Q^1m uictū *BF*, fictu H^1, conuictu *Qm* in *om. E* tua H^1 culto D^1 8 a H^2 *in mg.* dissenti*re *HM*, dissentare B^1 sicut quę *H*, secuti quae D^1 9 conuersus $C^1D^1GH^1RS$ dn̄ (m *in ras.*) *M* gratiaę (*om.* eius) *P* adiubari C^1 profitiant *D* 10 atque *F* proficiantur M^1N, perficientur *O* 11 istorum *B* etiam] tamen D^2 *s. l.* 12 gratia D^1 quem D^1ER, q;**** *C*. quandoquidem *cet. v* 13 erat C^1D^1 nimis *ex* minus *Q* aduersi C^1M^1O ad C^1D^1ER, illum ut (ut *s. l.*) C^2D^2, ut ad *cet. v* 14 conuerterentur] conuerterent sēp H^2 15 misericordia] gratia D^2

CAPVT XV. (XV

ACTA CONTRA FORTVNATVM MANICHEVM, LIBER VNVS.

1 Eodem tempore presbyterii mei contra Fortunatum quendam, Manicheorum presbyterum, disputaui, qui plurimum temporis apud Hipponem uixerat seduxeratque tam multos, ut per eos ibi eum delectaret habitare. quae disputatio nobis altercantibus excepta est a notariis, ueluti gesta conficerentur; nam et diem habent et consulem. hanc in librum memoriae mandandum conferre curaui. uersatur ibi quaestio, unde sit malum, me asserente exortum fuisse hominis malum ex libero uoluntatis arbitrio, illo autem naturam mali deo coaeternam suadere moliente. sed consequenti die tandem confessus est nihil se aduersus nos inuenire, quod diceret, nec sane catholicus factus, sed tamen ab Hippone discessit.

2 In hoc libro illud, quod dixi: *animam dico esse factam a deo, ut cetera omnia, quae a deo facta sunt, et inter illa, quae deus omnipotens fecit, principalem locum datum esse animae,* ita dixi, ut hoc generaliter de uniuersa creatura rationali accipi uellem, quamuis in scripturis sanctis animas dictas esse (2)

15 c. Fort. 1, 13 (p. 90, 20)

1 XVI *v, om. Q* 2 (3) furtunatum D^1, fortunatu *H* 3 eode D^1 presbiterii *BCDEGMNOPQV*, prespiterii *F* 4 maniche*orum (ū *ras.*) *E*, manichaeum *M* presbiterum *DMQSV*, prespiterum *F* 5 ipponem *EFGHMNPQSV*, hypponem *R*, ypponem *BO* seduxeratque tam] seduxerat quaedam C^1D^1 per CD^1EM^1R, propter *cet. v* illos *BFG HOPSVv* 6 delectare C^1D^1 alternantibus *O* 7 confiterentur O^1 diem] ē *H* 8 habet *HNOPQ²Vv* consolem $C^1D^1M^1$ et cons. habent *B* hunc E^2 *s. l.* mandandam *GOPSVv* 9 curaui *BCDEFGNQR*, curauimus *cet. v* malum M^2 *s. l. in spatio uacuo*, modo M^1 10 liuero E^1 11 natura C^1 coaeternā (ā *m. 2*) *C*, coaeterne D^1 suadere C^1D^1, persuadere *cet. v; cf. Retr. I, 16 (p. 85, 14); II. 48, 1. Oros. p. 40, 3. 120, 23 (ed. Zangem.)* molientem C^1D^1, maliente E^1 12 tandem] zan idem E^1 confissus C^1, confusus *D* aduersum *PR* 13 dicerit *V*, dicere C^1D^1 factus CD^1, factus est *cet. v* 14 ippone *EFGHMNPQSV*, yppone *BO* 15 quod *om.* C^1D^1 factam esse *BFR* 16 ut—deo *om. E* facta sunt *expunxit* E^2 et *om.* C^1D^1 17 locum] in l. E^1 datū* (s *ras.*) *C* 18 racionali C^1 accepi C^1 19 dicta D^1S^1

angelorum aut omnino aut non possit facile reperiri, sicut supra iam diximus. item alio loco: *ego dico,* inquam, *peccatum* 3 *non esse, si non propria uoluntate peccatur.* ubi peccatum illud intellegi uolui, quod non est etiam poena peccati; nam de tali poena dixi alibi in eadem disputatione, quod dicendum fuit. itemque dixi: *ut postea eadem ipsa caro, quae nos poenis* 4 *torsit in peccato manentes, subiciatur nobis in resurrectione et nulla aduersitate nos quatiat, quominus legem et diuina praecepta seruemus.* quod non est ita accipiendum, tamquam et in illo dei regno, ubi incorruptibile atque inmortale corpus habebimus, de scripturis diuinis lex et praecepta sumenda sunt, sed quia perfectissime ibi lex aeterna seruabitur et illa duo praecepta de diligendo deo et proximo non in lectione, sed in ipsa perfecta et sempiterna dilectione tenebimus.

Hoc opus sic incipit: *V. KAL. SEPTEMBRIS ARCADIO* 5 *AVGVSTO BIS ET RVFINO VV. CC. CONSS.*

2 Retract. I, 10, 4 c. Fort. 2, 21 (p. 100, 9) 5 Id. 1, 15 (p. 91, 24 sqq.) Retract. I, 14, 3 sq. 6 c. Fort. 2, 22 (p. 10 6, 15) 13 Deut 6, 5. Matth. 21, 37 sqq. Marc. 12, 30 sq. Luc. 10, 27

1 omnino *BCD*^{1}*EFNP*^{1}*R*, non omnino *cet. v* posset *V* non facile possit *F*^{2}, f. non p. *B* repperiri *C*^{2}*EGHMRV*, reppe rire *C*^{1}*D*^{1}, repperi *F* 2 iam supra *BFN* dico *V s. l.* peccato *C*^{1} 3 peccatur *BD*^{1}*M*, peccatur (e *ras.*, u *ex* o *corr.*) *C*, peccetur *cet. v* peccatum] pecco *D*^{1} 4 pena *C*^{1} peccati poena *O* 5 alibi *om. B* 6 itemq; ꝙ *M* ut] et *B* poenis] fecit *H*, in poenis *a* 7 intorsit *B* peccato *C*, peccatis *cet. v* manentis *R*^{1} resurreccione *D* 8 nulla nos aduersitate *B*, nos n. adu. *a* nos] non *GS*^{1} praecepta diuina *v* 9 seruemus (u *pr. ex* b) *C* est ita *CENQR*, est i.ta *D*, ita est *cet. v* temquam *C*^{1} 10 regno dei *G* ubi *om. F* incorruptebile *V* et *a* inmortalitate *Q*^{1}, mortale *O* abebimus *C*^{1} 11 diuinis scripturis *O* summenda *C*^{1} sunt *BC*^{1}*D*^{1}, sint *cet. v; cf. Aug. de nupt. I, 19, 21* 12 perfectissimae *D*^{1}, perfectissima *a* 13 de *om. E*^{1}*R*^{1} in *om. Q*^{1} leccione *D* 14 dileccione *D*, perfectione *V* tenebimur *O* 15 hic corpus *E* incipit *om. E* V] quinta *B*, U *Q*^{1}, VI *R*, dño II *E* kł *CFGHOPR*, calendarum *Q*, kalendarū *D*^{2} septembrium *D*^{2}*NQ* archadio *BFHNOQ* agusto *D*^{1} augusto—conss *om. H* 16 bis] ·II· *EQ*^{1}, ·II· *B*, scđo *N*, *om. O* rofino *C*^{1}*D*^{1}, rufino bis *O* $\overline{\text{VV}}$. $\overline{\text{CC}}$] ūc *CD*, $\overline{\text{cc}}$ *B*, qnto qnquies *N*, uicies *Q*^{2}, *om. R* consulib; $\overline{\text{vv}}$. $\overline{\text{cc}}$ *O*

CAPVT XVI. (XVII)

DE FIDE ET SYMBOLO LIBER VNVS.

1 Per idem tempus coram episcopis hoc mihi iubentibus, qui plenarium totius Africae concilium Hippone Regio habebant, de fide ac symbolo disputaui. quam disputationem nonnullis eorum, qui nos familiarius diligebant, studiosissime instantibus in librum contuli. in quo de rebus ipsis ita disseritur, ut tamen non fiat uerborum illa contextio, quae tenenda memoriter conpetentibus traditur.

2 In hoc libro cum de resurrectione carnis ageretur: *resurget*, inquam, *corpus secundum Christianam fidem, quae falli non potest. quod cui uidetur incredibile, qualis sit nunc caro adtendit, qualis autem futura sit non considerat, quia illo tempore inmutationis angelicae non iam caro erit et sanguis, sed tantum corpus* et cetera, quae ibi de corporum terrestrium in corpora caelestia mutatione disserui, quoniam dixit apostolus, cum inde loqueretur: caro et sanguis regnum dei non possidebit. sed quisquis ea sic accipit, ut existimet ita corpus terrenum, quale nunc habemus, in corpus caeleste resurrectione mutari,

10 De fid. et symb. 10, 24 (p. 30, 16) 17 I Cor. 15, 50

1 XVII *v*, *om. Q* 2 et *BCD*^{1}*P*, *om. O*, uel *cet.* simbolo *FGHRS*, simbolu C^1, symbulu D^1, simboli *O* 3 coram] ard *H* hic *R* 4 plenarum $C^1D^1H^1Q^1$ tocius C^1 affricae *BEFGHOR* ippone *EFGHMNPQSV*, hyppone *R*, hipponi D^1, yppone *BO* habebant] agebant MOQ^1S^2V 5 ac] et D^2v, ac de *R* symbulo C^1, simbulo D^1, simbolo *FHNRS* disputaui C^1D^1R, presbyter (presbiter C^2D^2E *GMPQ*) disputaui *cet. v* 6 nos (os *in ras.*) *C* familiaris S^1 diligebam S^1 8 faciat *ER* coniectio D^1, contexio *E*, contexto S^1 qua C^1 tenendo *H*, tenda D^1 memoriter tenenda *B* 10 resurgit C^1D^1V 11 inquam (in *m. 2 s. l.*) *CD*, *in mg. N* fidem (fid *m. 2 in ras.*) *C* qua C^1 falli BD^1R, falli*** *C*, habui fallere falli *E*, fallere *cet. v* 12 sit] sic Q^1 13 autem] tunc *BS*, autem tunc D^2EFGNQ sit *ras. S* 14 inmutatione CD^1 angelica C^2 iam non erit caro *a* sangus D^1 15 qua C^1 de *om. B* 16 dixi P^1 17 possidebit *R*, possedebit C^1D^1, possidebunt *cet. v* accepit C^1 18 estimet E^1NQ terrenum (e *alt. in ras.*) *C* 19 resurreccione *D* mutare *B*

ut nec membra ista nec carnis sit futura substantia, procul dubio corripiendus est commonitus de corpore domini, qui post resurrectionem in eisdem membris non solum conspiciendus oculis uerum etiam manibus tractandus apparuit carnemque se habere etiam sermone firmauit dicens: palpate et uidete, quia spiritus ossa et carnem non habet, sicut me uidetis habere. unde constat apostolum non carnis substantiam negasse in dei regno futuram, sed aut qui secundum carnem uiuunt carnis et sanguinis nomine nuncupasse aut ipsam carnis corruptionem, quae tunc utique nulla erit. nam cum dixisset: caro et sanguis regnum dei non possidebunt — bene intellegitur tamquam exponendo, quid dixerit — continuo subdidit: neque corruptio incorruptionem possidebit. de qua re ad suadendum infidelibus difficili diligenter, quantum potui, me disseruisse reperiet, quisquis de ciuitate dei librum nouissimum legerit.

Hic liber sic incipit: *Quoniam scriptum est.* 3

5 Luc. 24, 39 9 Rom. 8, 12 sq. 15 Aug. de ciu. dei XXII, 5. 21

2 corripiendus *CD*, corirrigendus *M*, corrigendus *cet. v* communitus H^1 de—domini *S s. l.* 3 in eisdem *om. B* memoris *R* conspiciendis F^1 4 tractandus CD^1NRSV, tangento tractandus *Q*, tangendus *cet. a* 5 sermone *om. a* firmauit E^2 *in ras.*, ostendit *a in mg.* 6 carnem et ossa *BEFNOPVv* 7 uidistis D^1Q apostolu* (- *m. 2*, s *ras.*) *CD* 8 regno dei *v* futurum E^1H aut] ut E^1 qui *CDR*, homines qui *cet. v* 9 uibunt D^1 carnis (is *s. l.*) *V* sanguinis (guinis *in ras. m. 2*) *M* noncupasse C^1 10 quae (uae *m. 2 s. l.*) *C* utiquae *D* nam cum] numquam E^1, nunc quid E^2 dixissit *V* 11 possedebunt C^1 12 quid (d *s. l. m. 2*) *CD*, quod *G* dixeri*t *C* subdidit D^1, subdedit C^1, subdedisse *V*, subdidisse *cet. v* 13 incorruptio D^1 incorruptionem *C*, incorruptionem** *E* possidebit *M*, possedebit C^1V 14 p su*adendum (p *add. m. 2*) *C*, persuadendum *cet. v; cf. Retr. I, 15, 1 (p. 82, 11)* difficile CF^1 quam D^1 15 me desseruisse D^1, disseruisse me *ENQ* repperiet *EFGHMRSV*, repperi*et *C*, repperi D^1, inueniet *P* dei *om. N* 16 legeret C^1D^1 legerit nouissimum *v* 17 scriptum] sic sc. *H*

CAPVT XVII. (XVII

DE GENESI AD LITTERAM LIBER VNVS INPERFECTVS.

1 Cum de Genesi duos libros contra Manicheos condidissem, quoniam secundum allegoricam significationem scripturae uerba tractaueram non ausus naturalium rerum tanta secreta ad litteram exponere, hoc est quemadmodum possent secundum historicam proprietatem, quae ibi dicta sunt, accipi, uolui experiri in hoc quoque negotiosissimo ac difficillimo opere, quid ualerem. sed in scripturis exponendis tirocinium meum sub tantae sarcinae mole succubuit, et nondum perfecto uno libro ab eo, quem sustinere non poteram, labore conquieui. sed in hoc opere cum mea opuscula retractarem, iste ipse, ut erat inperfectus, uenit in manus, quem neque edideram et abolere decreueram, quoniam scripsi postea duodecim libros, quorum titulus est: de Genesi ad litteram. in quibus quamuis multa quaesita potius quam inuenta uideantur, tamen eis iste nullo modo est conparandus. uerum et hunc posteaquam retractaui, manere uolui, ut esset index, quantum existimo, non inutilis

3 Retract. I, 9 15 Retract. II, 50, 1

1 ·XII· *R*, XVIII *v*, *om. Q* 2 genesis C^1D^1, gesi G^1 inperfectus liber unus (u. *om. V*) *EOPVv* 3 gesi C^1 libros duos *OR* manicheus D^1 4 alligoriam M^1, allegoriam C^1D^1 significationem] *al.* expositionem *a in mg.* 5 ausus M^2 *in ras.* rerum+++++ *B* tam D^1 6 quemammodum *M* · possint *BFGSV* 7 hystoricam *BFOR*, istoricam *HP*, historiam D^1S^1, istoriae *E* propriaetatem *D* qua C^1 accepi C^1D^1 experire D^1 8 negociosissimo C^1 dificilimo C^1, difficilimo D^1, difficilissimo *R* 9 exponendi D^1 +tirocinium *D*, tyrocinium *BFO*, tyronium *R* sub tantae] substantiae C^1D^1, sub tanta *BFGHMOPSVv* 10 molē C^1 subcubuit *EHQPV* 11 conquieuit *OP* 12 hoc] eo *B* mea] ea *CF* opuscola *V* retractare D^1 ąşţę (*del. m. 2*) *E* ut] qui Q^2 *s. l.* 13 iperfectus C^1D^1 ediderami] ·i· manifestaueram aliis Q^2 *s. l.* 14 scripsi] scribseram alibi scribsi *H* libro *O* 15 ēē *O* de *om.* E^1 genesis C^1D^1 16 inuente E^1 nullu D^1 17 comparandus est *B* retractauit E^1 18 manere *om. F* index] in C^1D^1R, iudex BH^2 tantum *E* inutiles D^1, utilis FQ^1, indocilis *a*

rudimentorum meorum in enucleandis atque scrutandis diuinis eloquiis, eiusque titulum esse uolui: de Genesi ad litteram inperfectus. inueni quippe eum usque ad haec uerba dictatum: *pater tamen pater est, nec filius aliud est quam filius, quia et cum dicitur similitudo patris, quamquam ostendat nullam interuenire dissimilitudinem, non tamen solus est pater, si habet similitudinem.* post haec repetiui uerba scripturae rursus considerandа atque tractanda: *et dixit deus: faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram.* huc usque dictatum librum inperfectum reliqueram. quod autem ibi sequitur, addendum putaui, cum eum retractarem, nec sic tamen perfeci, sed hoc quoque addito inperfectum reliqui. si enim perfecissem, saltem de omnibus operibus et uerbis dei, quae ad sextum diem pertinent, disputassem. in hoc libro eadem notare, quae mihi displicent, uel defendere, quae aliis non bene intellecta displicere possunt, superfluum mihi uisum est. breuiter enim potius admoneo, ut illi duodecim libri legantur, quos longe postea feci. ex ipsis de isto iudicetur.

Hic ergo sic incipit: *De obscuris naturalium rerum, quae* 2 *omnipotente deo artifice facta sentimus, non adfirmando, sed quaerendo tractandum est.*

4 De Gen. ad litt. inp. 16, 60 (p. 501, 14) 8 Gen. 1, 26

1 in *om. M*, **in *C* enocleandis *V*, enucliandis *E*, ecleandis H^1 scrutantis *E* diuinis** *C*, diuinisįs *D* 2 eiusdem *E* titulū* (s *ras.*) *C*, titulus D^1 uolui esse *B* 3 inperfectūș *H* usquae *D* 4 tamen] tantum Q^2Sv alius est *B*, est alius *F* quia] quąm *H* 5 patris *om. O* 6 non—similitudinem *om.* C^1D^1R est *om. V* si] sed *a* 7 repetiui *om. O* 8 dominus D^2 9 huc—reliqueram *om. B* dictum *E* 10 relinqueram E^1RS^1 quod] ą *H* ibi] hic *V* sequitur ibi *F* 11 **retractarem (re *ras.*) *M* sic *om.* Q^1, *del.* D^2 perfeci* (e *alt. ex* i *corr.*, s *ras. C*) *CDE*, perfici *OQ* 12 additū *R* relinqui E^1 perficissem DM^1 13 saltim BC^2GHM^2RSV 14 diem *om.* H^1 pertinerent *a* eade *E*, ea *Qm* 15 displiciunt *V* 16 uisum (is *ex* er? *corr.*) *C* breuiter] presbiter D^1 17 potius *om. a* ammoneo *FMO*, amoneo *P* XII illi libri *O* quos] qđ C^1D^1 18 postea CD^1R, postea episcopus *cet. v* ex CD^1, et de *B*, et ex *cet. v* 19 ergo] liber *a* 20 omnipotentē C^1, omnipotenti *G* acta *O* sentiamus *E* adfirmando $C^1GHP^1QS^1V$, affirmando *cet.* 21 tractando quaerendum *V*

CAPVT XVIII. (XIX)

DE SERMONE DOMINI IN MONTE LIBRI DVO.

1 Per idem tempus de sermone domini in monte secundum Matheum duo uolumina scripsi.

2 In quorum primo propter id, quod scriptum est: beati pacifici, quoniam ipsi filii dei uocabuntur: *sapientia*, inquam, *congruit pacificis, in quibus iam ordinata sunt omnia nullusque motus aduersus rationem rebellis est, sed cuncta obtemperant spiritui hominis, cum et ipse obtemperat deo.* quod merito mouet, quomodo dixerim. non enim cuiquam prouenire in hac uita potest, ut lex repugnans legi mentis omnino non sit in membris, quandoquidem etiamsi ei sic resisteret spiritus hominis, ut in nullum eius laberetur adsensum, non ideo tamen non repugnaret. hoc ergo, quod dictum est, *nullum esse motum aduersus rationem rebellem*, recte accipi potest id nunc agentibus pacificis domando concupiscentias carnis, ut ad istam pacem plenissimam quandoque ueniatur.

3 Proinde quod alio loco, cum eandem sententiam euangelicam (2) repetens dixissem: *beati pacifici, quoniam ipsi filii dei*

5 Matth. 5, 9 6 De serm. dom. I, 4, 11 11 Rom. 7, 23 17 I Io. 2, 16 20 Matth. 5, 9

1 XIII *HR*, XIX *v*, *om. Q* 2 dei *EG* monte] m. habito B^1 3 sec. math. in monte *F* 4 matheum *BCDFGHMNOPQR*, mattheum *ESV* 5 corum C^1 primum OP^1 est *om. H* 6 ipsi *om. BNS* sapientiam $C^1D^1E^1$ 7 inquit *H* iam (i *in ras.*) *C* 8 metus D^1 9 cun*cta** *B* optemperant *MPQ* ipsi C^1 optemperat *MQ*, optemperant P^1, obtemperet E^1v 10 mouit C^1D^1 cuiquam (c *in ras.*) *C* 11 repugnas H^1 12 mentes E^1 13 ei sic] eis Q^1 resisterit *V*, resterit C^1D^1, resistere *GS* *post* hominis *add. s. l.* S^2 posset in *om. E* nullo *BFGS*, nullum in E^2 eius laberetur *om. B* haberetur C^1 14 assensu *BFGNS* tamen C^1D^1R, tamen ille *EQ*, tamen illa *cet. v* non *om. B* 15 motu* (s *ras.*) *H* 16 recta E^1 accepi C^1D^1 nunc] non *OP* pacifici D^1 17 concupiscentiam D^2EFNPQ pacem *om. B* 19 scientiam D^1 20 reppetens *H*, repente *R* pacificis O^1 ipsi *om. BNS*^{1}

uocabuntur, adiunxi dicens: *et ista quidem in hac uita conpleri possunt, sicut completa esse in apostolis credimus,* sic accipiendum est, non ut in apostolis hic uiuentibus nullum carnis motum arbitremur spiritui repugnasse, sed hactenus hic ista posse conpleri, quatenus in apostolis credimus esse conpleta, ea mensura scilicet perfectionis humanae, quanta in hac uita potest esse perfectio. non enim dictum est: 'ista in hac uita conpleri possunt; nam conpleta esse in apostolis credimus', sed dictum est: *sicut completa esse in apostolis credimus,* ut ita conpleantur, sicut in illis conpleta sunt, id est quadam perfectione, cuius capax est ista uita, non sicut conplenda sunt illa, quam speramus, pace plenissima, quando dicetur: ubi est, mors, contentio tua?

(3) Alio loco quod interposui testimonium: *non enim ad mensuram dat deus spiritum,* nondum intellexeram de Christo proprie uerius accipi. aliis quippe hominibus nisi ad mensuram daretur spiritus, non duplum peteret Heliseus, quam fuerit in Helia. item quod scriptum est: *iota unum et unus apex*

1 De serm. dom. I, 4, 12 13 I Cor. 15, 55 14 De serm. dom. I, 6, 17 Io. 3, 34 17 IIII Regn. 2, 9 18 Matth. 5, 18

1 adiun*xi (c *ras.*) *D* hac] ac E^1 2 credimus *om.* E^1Q^1, i *in ras. m. 2 D* sic—apostolis *om.* EQ^1 3 uibentibus D^1 *post* uiuentibus *add.* E^2 *s. l.* in quibus 4 motum carnis *F* arbitramur E^1, arbitraremur O^1 sp*u (s *ras.*) *H*, spū D^1 actenus $C^1DG^1S^1$ 5 quatinus *FGN*, q: nos C^1, quae nos D^1, ut *B* 6 perfecciouis *D* 7 perfectior (r *add. m. 2*) *C* enī (- *m. 2*) *C* ista *om. BGO* 8 ac E^1 conpleri possunt D^2 *in ras.* possū ą *O* esse *om.* Q^1, *in ras. S* 9 sed—credimus *om. R, add.* D^2 *in mg.* sicut—credimus *om. H* esse *om. BEGN*Q^1*S* 10 id est—complenda sunt *om.* F^1 11 sic sunt (*om.* conplenda) *a* completa F^2 12 illa] in illa $BD^2EFGNQS$ quam] quae *a* separamus Q^1 pacē *D* 13 dicitur CD^1H mors *om. O* contemptio *O* 15 sps P^1 intellex*eram *H.* intellexam Q^1 16 uirius N^1 accipi (i *pr. in ras.*) *C* alius E^1 si *a* 17 deretur $C^1D^1E^1$ peteretur *B* heliseus *BDEGNPQR,* helise*us (i *ras.*) *C,* helyseus *FO,* helisaeus *cet. v* fuerit *C,* fuet D^1, fuit *cet. v* 18 helya *F,* elia E^1, heliam D^1 et] aut *QRv* apax *E*

non transiet a lege, donec omnia fiant, cum exponerem, dixi nil aliud posse intellegi nisi uehementem perfectionis expressionem. ubi merito quaeritur, utrum ista perfectio sic possit intellegi, ut tamen uerum sit neminem iam utentem uoluntatis arbitrio hic uiuere sine peccato. a quo enim usque ad unum apicem lex perfici potest, nisi a quo fiunt uniuersa diuina mandata? sed in eisdem mandatis est etiam, quod iubemur dicere: dimitte debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris, quam orationem usque in finem saeculi tota dicit ecclesia. omnia ergo mandata facta deputantur, quando quidquid non fit ignoscitur.

6 Sane quod ait dominus: *quicumque enim soluerit unum de mandatis istis minimis et docuerit sic* et cetera usque ad eum locum, ubi ait: *nisi abundauerit iustitia uestra plus quam scribarum et Farisaeorum, non intrabitis in regnum caelorum,* multo melius et conuenientius exposui in aliis posterioribus sermonibus meis, quod etiam hic retexere longum est. ad hoc autem iste ibi perducitur sensus, ut eorum sit iustitia maior quam scribarum et Farisaeorum, qui dicunt et faciunt. de scribis quippe et Farisaeis (4)

1 De serm. dom. I, 8, 20 8 Matth. 6, 12 12 Matth. 5, 19 sq. 16 De serm. dom. I, 9, 21 17 sermones non extare uidentur; cf. tamen Aug. de ciu. dei XX, 9 (II, 449, 20 sqq. Hoffm.) de fid. et oper. 26, 48 sqq.

2 nihil dixi *m* nil C^1V, nihil *cet. v* aliud posse *CD*, aliud ēē posse *B*, posse aliud *cet. v* intelligē (˜ *m. 2*) *E* uehimentem V^1 4 sit uerum B^1 sit] sic *R* 6 apicem* *C* fiunt *er. B, om. F* 8 dicere *om. H*, orare *a* dimitte *D*, demitte C^1, dimitte nobis *cet. v* debita] peccata *E* 9 demittimus C^1D^1 10 saecoli *V* aecclesia *D* 11 deputentur *H* fit* *C*, fuit *E* agnoscitur *B* 12 quicumque enī *C* (*graece:* οὗν), quicumque *cet. v* unum C^2 *s. l.* 13 mandatis] datis D^1 istis minimis *exp.* D^2 minimis Q^2 *in mg.* sic] s. homines *a* 14 eum] dm̄ Q^1 habundauerit $C^1DEHOQR$ 15 quam *om. P* fariseorum *CDH*, pharisaeorum *cet. v* intrabetis *V*, introibitis *EN* 16 conuenentius C^1, conuentius D^1 17 eciam C^1 18 ad] a D^1 autem] enim *B* isto D^1 19 iustitia* *C* 19 (20) fariseorum *C*, farisęorum *H*, pharisaeorum *cet.* 20 faciunt] non faciunt BE^2FM^2 NOR^2a quippe* *C*, quoque *F*

alio loco ipse dominus ait: dicunt enim et non faciunt. illud etiam melius intelleximus postea, quod scriptum est: 7 *qui irascitur fratri suo.* codices enim graeci non habent: *sine causa,* sicut hic positum est, quamuis idem ipse sit sensus. illud enim diximus intuendum, quid sit irasci fratri suo, quoniam non fratri irascitur, qui peccato fratris irascitur. qui ergo fratri, non peccato irascitur, sine causa irascitur.

(5) Item quod dixi: *hoc et de patre et de matre et de ceteris* 8 *uinculis sanguinis intellegendum est, ut in eis oderimus, quod genus humanum nascendo et moriendo sortitum est,* ita sonat, quasi non essent futurae istae necessitudines, si nullo naturae humanae praecedente peccato nemo moreretur, quem sensum iam superius inprobaui. essent enim profecto cognationes et affinitates, etiamsi originali nullo existente peccato sine morte cresceret et multiplicaretur genus humanum. ac per hoc aliter soluenda quaestio est, cur dominus praeceperit diligendos inimicos, cum alio loco praecipiat odio habendos et parentes et filios, non sicut hic soluta est, sed sicut eam posterius

1 Matth. 23, 3 2 Aug. de ciu. dei XXI, 27 (II, 576, 8 sqq.) 3 De serm. dom. I, 9, 25. Matth. 5, 22 8 De serm. dom. I, 15, 41 13 Retract. I, 9, 3. 12, 12 14 Gen. 1, 22. 28. 9, 1. 7 16 Matth. 5, 44. Luc. 6, 27 17 Matth. 10, 37. Luc. 14, 26 18 Aug. de ciu. dei XXI, 26 s. f. (II, 572) de uer. rel. 45, 85 sq.

3 qui] quia qui *OPa* codice*s *C*, cudices *M*^{1} greci *C*^{2}*M*, graece *D*^{1} 4 idem *om. Oa* ipse *om. P* sit ipse *F* 5 quod *D*^{1} 6 suo *om. BEFGNQ* qui* (s *ras.*) *E* peccato* *C* fratres *D*^{1} qui—irascitur *om. H* 7 ergo] autem *BD*^{2}*FNQ* fratri *om. Ha* peccato] p. fratris *Ha* 8 *pr.* et *om. F* *alt.* de *om. HR*^{1} 9 ut *om. P*^{1} odoremus *C*^{1}*D*^{1}, odiremus *C*^{2}, odorimus *D*^{2}, oderamus *O*^{1} quid *C*^{1}*D*^{1} 10 sanat *C*^{1}*D*^{1}, sonant *R* 11 futurae *om. O* istae] essae *D*^{1} necessitudinis *E*^{1}*R* sine ullo *H*, si nulle *B* 12 humane *C* praecidente *C*^{1}*D*^{1} peccato *add. C*^{2}*D*^{2} *s. l.* moriretur *D*^{1}*GS* 13 enim *om. Q*^{1} 14 affinites *C*^{1}, affinitatis *D*^{1}, affinitiones *O*^{1} exsistente *M*, extente *D*^{1} 15 cresceret* *C*, crescere *D*^{1} ac] hac *P*^{1}*Q* 16 consoluenda (con *del. m. 2*) *M*, soluendo *E*^{1} est quaestio *v* quur *C*^{1}*D* *EHP*^{1} praecepit *BM*^{2} diligendo *E* 17 inimicus *D*^{1} *odio (h *ras.*) *E* et *om. F* 18 et] ac *O* filius *D*^{1} solita *F*^{1} eam] etiam *F*^{1}*Q*^{1} posterius** *C*, al. superius *a in mg.*

saepe soluimus, id est ut diligamus inimicos lucrandos regno dei et oderimus in propinquis, si inpediunt regno dei.

9 Item de praecepto, quo prohibetur uxor dimitti nisi propter (6) fornicationem, hic quidem scrupulosissime disputaui, sed quam uelit dominus intellegi fornicationem, propter quam liceat dimittere uxorem, utrum eam, quae damnatur in stupris, an illam, de qua dicitur: perdidisti omnem, qui fornicatur abs te, in qua utique et ista est — neque enim non fornicatur a domino, qui tollens membra Christi facit ea membra meretricis — etiam atque etiam cogitandum est atque requirendum, nec uolo in re tanta tamque ad digerendum difficili putare lectorem istam sibi nostram disputationem debere sufficere, sed legat et ea siue nostra, quae postea scripta sunt, siue aliorum melius considerata atque tractata, uel ipse, si potest, ea, quae hic merito mouere possunt, uigilantiore atque intellegentiore mente discutiat, non quia omne peccatum forni-

3 Matth. 5, 32 4 De serm. dom. I, 16, 43 7 Ps. 72, 27 9 I Cor. 6, 15 13 Aug. Quaest. in Heptat. II, 71. Serm. 162

1 saepae *D* lugrandos D^1V^1, lucrando *P*, lucrantes *E* 2 et— propinquis *C in ras.* propinquis] iniquis D^1R regno C^1D^1, a regno *cet. v* deo O^1 3 quod $BC^1D^1EF^1GHN$ proibetur C^1E^1, prohiberetur GS^1 non dimitti *a* nisi *C* 4 (5) furnicacionem D^1 quidem *om. B* scrupulosissimae *D*, scripulosissime E^1 disputaui *om. P*, disputauit H^1 5 uellit D^1 licet *H* 6 demittere C^1 quae (uae *s. l. m. 2*) *C* sturpis P^1 7 perdedisti *N*, perdidistis O^1 omnes (s *m. 2*) *E* fornicantur (n *alt. m. 2*) *E* 8 utiquae *et* nequae *D* 9 ea (a *in ras.*) *M*, *om. P* membra *C* 10 etiam R^2 *s. l.* cogitandum est atque *om. R* 11 tanta *om. E* tamque] tamquam D^2O, tam*** (nta *ras.*) *E*, quę *H* digerendum D^1ENRS^2, digerendū (gere *in ras.*) *C*, dinuscendum *V*, dinoscendum gerendum *Q*, dinoscendum *cet. v* difficile *B*, difficilis H^2 12 sibi** *C*, sibi (b *ex* u) *D* nostram sibi *R* disputatione *H* 13 ea *DER*, ea *C*, alia *cet. v* 14 considera**ta (a *alt. m. 2*) *C*, considerauit D^1 ipse] ille *P* si potest] sibi postea D^2 *s. l.* 15 quae (uae *m. 2 s. l.*) *CE* merito *om. F* atque intellegentiore *om. R* 16 intellegentiori *N* mente M^2 *s. l.*, mentis *R* quia non *S* omnem $C^1D^1Q^1$

catio est — neque enim omnem peccantem deus perdit, qui cotidie sanctos suos exaudit dicentes: dimitte nobis debita nostra, quum perdat omnem, qui fornicatur ab eo — sed quatenus intellegenda atque limitanda est haec fornicatio et utrum etiam propter hanc liceat dimittere uxorem, latebrosissima quaestio est. licere tamen propter istam, quae in stupris committitur, nulla quaestio est. et ubi dixi hoc permissum esse, non iussum, non adtendi aliam scripturam dicentem: qui tenet adulteram, stultus et inpius est. nec sane dixerim adulteram fuisse deputandam illam mulierem, etiam posteaquam audiuit a domino: nec ego te damnabo; uade, deinceps iam noli peccare, si hoc oboedienter audiuit.

(7) Alio loco peccatum fratris ad mortem, de quo dicit Iohannes apostolus: *non pro illo dico ut roget,* ita definiui, ut dicerem: *peccatum fratris ad mortem puto esse, cum post agnitionem dei per gratiam domini nostri Iesu Christi quisque obpugnat fraternitatem et aduersus ipsam gratiam, qua reconciliatus est deo, inuidentiae facibus agitatur.* quod quidem non confirmaui, quoniam hoc putare me dixi, sed tamen addendum

2 Matth. 6, 12 8 Prou. 18, 22 11 Io. 8, 11 14 I Io. 5, 16 15 De serm. dom. I, 22, 73

2 cottidie BD^1EFGR exaudi*t (a *ras.*) H dicentes *om.* H 3 quum C^1D^1, cum *cet.* omnem *om.* a fornitur D^1 4 quatinus C^2O, qualiter B limitanda] elimanda $BENS^2a$, imitanda R, uel imitanda O, militanda G est D^1, est (sit *ras.*) C, sit *cet.* v hac D^1 5 licet E uxorem E^2 *in mg.*, uxorum D^1 lateprosissima F^1 6 licere—quaestio est *om.* H licere tam(en) M *in ras.* *stupris (s *ras.*, s *pr. m. 2*) C 7 hoc ubi dixi B 8 illam B 9 adulteram dixerim m 10 deputandum H aetiam D^1 postquam Q^1 11 condemnabo BD^2FGNQS deinceps] et d. BD^2 12 iam *om.* BV^1 *oboedienter (h *ras.*) D 13 loco alio v iohannis $C^1D^1E^1V$ 14 roget] r. quis Q^2 (*s. l.*) v deffiniui F *ut R 15 adicerem B fratris peccatum B, peccatum ergo fr. a cum] eum S 16 agnicionem C^1D quisquis a 17 obpugnat CD, obpugnet H, oppugnat *cet.* et E^2 *s. l.* reconc*iliatus (h *ras.*) E 18 dno F inuidentiae (ae *ex* a et *ras. corr.*) C, inuidentia et D^1 agitur R 19 confirmaui C

fuit: si in hac tam scelerata mentis peruersitate finierit hanc uitam, quoniam de quocumque pessimo in hac uita constituto non est utique desperandum nec pro illo inpatienter oratur, de quo non desperatur.

11 In secundo item libro: *nulli*, inquam, *licebit ignorare dei regnum, quum eius unigenitus non solum intellegibiliter sed etiam uisibiliter in homine dominico de caelo uenerit iudicaturus uiuos et mortuos.* sed non uideo, utrum recte dicatur homo dominicus, qui est mediator dei et hominum, homo Christus Iesus [cum sit utique dominus]: dominicus autem homo quis in eius sancta familia non potest dici? et hoc quidem ut dicerem, apud quosdam legi tractatores catholicos diuinorum eloquiorum. sed ubicumque hoc dixi, dixisse me nollem. postea quippe uidi non esse dicendum, quamuis non-
12 nulla possit ratione defendi. item quod dixi: *nullius enim* (8)

5 De serm. dom. II, 6, 20 7 II Tim. 4, 1 9 I Tim. 2, 5 12 Epiphan. Ancor. c. 93 (p. 188 A. B. M.) c. 95. Athan. Expos. Ps. 40, 6 (Patrol. gr. XXVII, p. 197 B). disp. c. Arium 20 (Patrol. gr. XXVIII, p. 461 C) Expos. fid. §. 1 s. f. §. 4. Cassian. coll. XI, 13 14 Aug. de serm. dom. II, 6, 22. enarr. Ps. 1, 1. 8, 13 15 De serm. dom. II, 14, 48

1 in *om.* C^1D^1GS hac C^2 *in mg.*, ac D^1 scelerata (s *et* rata *m. 2 in ras.*) *C*, excelerata *D* finiit E^1V, finit *HM* hanc *om. N* 2 quocumquae *D* constitudo C^1D^1 3 disperandum *V* inpacienter *D*, imprudenter *BFGHMQ*^{2}*S*^{1}*m*, impudenter *V* oratur *om. N*, oreratur (re *m. 2 in ras.*) *E* 4 disperatur C^1P 5 ignore C^1D^1 6 quum C^1, cum *cet.* non solum—uisibiliter E^2 *in mg.*, nondum intelligibiliter E^1 sed—uisibiliter G^2 *in mg.* 7 **uisibiliter (in *ras.*) E^2 hominem C^1D^1 de caelo *om. N* uenit H^1 iudicaturos *V*, iudicare *B* 8 uiuus C^1D^1, et uiuos *a* mortuus C^1D^1 nondum *M* rete D^1 dicatur**** *H*, dicitur *BF* 9 dominicos D^1 mediatur D^1 10 iesus xp̃s *F*, xp̃s (*om.* iesus) *R* cum] c. dn̄s *R* cum—dominus *inclusi, om. CD*^{1} *compluribus litt. in mg. erasis* 11 quis in eius] qui sine eius D^2, q. in eis E^1, sine S^2, qui sine eius iure *N*, vł nisi qui est iure ex *N in mg.* sancta *V s. l.*, sanctā *D* non *om.* H^1Oa, recte Q^1 12 ut dicerem] non dicerem nisi quia *F* tractores C^1D 13 ubicumquae *D* dixissē e *E* 14 nolle *R* uidi] dixi *H* quam *N* 15 quod *om.* F^1 nullus Q^1 enim *om. OP*

fere conscientia deum potest odisse, non uideo fuisse dicendum. multi enim sunt, de quibus dictum est: superbia eorum, qui oderunt te.

(9) Alio loco in eo, quod dixi: *ob hoc dixisse dominum: sufficit* 13 *diei malitia sua, quia cibos sumere urgebat ipsa necessitas, quam propterea malitiam nominatam arbitror, quia poenalis est nobis; pertinet enim ad hanc fragilitatem, quam peccando meruimus,* non adtendi etiam primis hominibus data fuisse in paradiso corporis alimenta, antequam istam mortis poenam peccando meruissent. sic enim erant inmortales in corpore nondum spiritali, sed animali, ut tamen in huius modi inmortalitate alimentis corporalibus uterentur. item quod dixi: *quam* 14 *sibi elegit deus gloriosam ecclesiam non habentem maculam neque rugam,* non ideo dixi, quia nunc ex omni parte iam talis est, quamuis ad hoc electa non dubitetur, ut talis sit, quando Christus apparuerit, uita eius; tunc enim et ipsa cum illo apparebit in gloria; propter quam gloriam dicta est ecclesia gloriosa. item quod dominus ait: *petite* 15

2 Ps. 73, 23 4 De serm. dom. II, 17, 56 Matth. 6, 34 12 De serm. dom. II, 19, 66 13 Eph. 5, 27 16 Coloss. 3, 4 18 Matth. 7, 7

1 ferre E^2 *s. l.* constientia C^1, conscientiam *O* dm̃ (d *m. 2 in ras.*) *C* posse *O* 2 sunt enim *F* dictum D^1, d̈ictum *C*, scriptum *cet. v* superuia D^1 3 te oderunt *a* 4 ab *H* dixisse• (m *ras.*) *D* deum *BFGOPSV* 5 militia *H* quia *om. V* urguebit R^2SV, urgebit *BFGHOPv* 6 militiam *H* 7 nobis est *v* pertinet enim] cum pertineat D^2NQ, et pertinet *E* fragilitatem (fr *in ras.*) *D* 8 meruimus (m *pr. ex* s *corr.*) *CD* adtendi *om. B* 9 paradyso *FGR* corporalia *Oa* alimenta (i *ex* a *corr.*) *C* 10 inmortalis D^1H^1 in *om. V* 11 spirituali NS^2, spiritales *C*, spiritali• (s *ras.*) *DM* animales C^2 in *om. H* huius modi CD^1ER, eius modi *cet. v* 12 corporalibus alimentis *v* quā (ā *m. 2*) *C* 13 deus elegit *v* gloriosissimam *P* aecclesiam *D* macolam *V* 14 neque] aut *N* parte iam (te *m. 2 s. l.*) *C*, par quam D^1 15 iam *om. B* dubitetur (e *ex* i *corr.*) *C*, dubitaretur *m* 16 aparuerit *S*, apparuit Q^1 17 illa R^1 gloriam *V* 18 dictum D^1OP, dicata *E* aecclesia• gloriosa• (m *ras.*) *D*

et accipietis, quaerite et inuenietis, pulsate et aperietur uobis, operose quidem, tria ista quid inter se differant, exponendum putaui; sed longe melius ad instantissimam petitionem omnia referentur. hoc quippe ostendit, ubi eodem uerbo cuncta conclusit dicens: quanto magis pater uester, qui in caelis est, dabit bona petentibus se; non enim dixit: petentibus, quaerentibus et pulsantibus.

16 Hoc opus sic incipit: *Sermonem, quem locutus est dominus.*

CAPVT XVIIII. (XX)

PSALMVS CONTRA PARTEM DONATI, LIBER I.

1 Volens etiam causam Donatistarum ad ipsius humillimi uulgi et omnino inperitorum atque idiotarum notitiam peruenire et eorum, quantum fieri per nos posset, inhaerere memoriae, psalmum, qui eis cantaretur, per latinas litteras feci, sed usque ad V litteram, quales abecedarias appellant. tres uero ultimas omisi, sed pro eis nouissimum quasi epilogum adiunxi, tamquam eos mater adloqueretur ecclesia. ypopsalma etiam,

3 De serm. dom. II, 21, 71 sqq. 5 Matth. 7, 11 17 Athan. in Ps. LVI, 2 (Patrol. gr. XXVII p. 256 B M.)

1 quęrite (uę *s. l. m. 2*) *C* 2 opere C^1, operosa M^1a quidem (dem *in ras.*) *M* ista tria *a* dif•ferant (dif *in ras. m. 2*) *M* etponendum E^1 3 potaui H^1 melius *in ras. M* ad (a *m. 2*) *C* stantissimam *R* poetitionem D^1 4 omnia *om. F* referentur C^1D^1, referrentur C^2, referuntur *cet. v* 6 dauit E^1, dedit E^2 quaerentibus et petentibus *S* 7 quaerentibus CD^1, et quaerentibus *cet. v* 8 sermone D^1 dominus locutus est *R* dominus *M in ras.* 9 XIIII *R*, XX *v*, *om. Q* 10 PS *C*, de psalmo *B* conta D^1 liber I *om. EFHOPVm*, l. primus S^1 11 causa *HN* donati•starum (i *ras.*) *D* uulgi humilium *O* 12 notiam D^1 13 et] et ut *S* per nos possit *M*, per nos fieri posset *Oa*, posset per nos *m* 14 psalmus *H* qui eis qui eis *C*, quies Q^1 latinam D^1 15 ad u (u *m. 2 s. l.*) *C*, ad *om.* u) D^1, ad u *M*, adhuc *G*, adhuc quintam *S*, ad quintam D^2F litteras D^3 quales] tales autem $C^2HMOPVm$, tales enim *a* abecedarias *BCD*^{1}*EFGNQ*^{2}*R*, abeciedarios *H*, abecedarios *cet. v* 16 aepilogum *H*, epylogum *OR*, ephylogum *P* 17 adloquetur E^1 alloqueretur eos mater *F* aecclesia *D* ypopsalma *BCDEFHMNQR*, ipopsalma *GS*, hypops. *cet. v*

quod respondetur, et prooemium causae, quod uoluimus ut cantaretur, non sunt in ordine litterarum; earum quippe ordo incipit post prooemium. ideo autem non aliquo carminis genere id fieri uolui, ne me necessitas metrica ad aliqua uerba, quae uulgo minus sunt usitata, conpelleret.

Iste psalmus sic incipit: *Omnes, qui gaudetis de pace, modo uerum iudicate*, quod eius ypopsalma est. 2

(XXI.) CAPVT XX.

CONTRA EPISTVLAM DONATI HERETICI LIBER VNVS.

Librum etiam contra epistulam Donati, qui partis Donati secundus post Maiorinum episcopus apud Carthaginem fuit, eodem presbyterii mei tempore scripsi; in qua epistula ille agit, ut non nisi in eius communione baptisma Christi esse credatur. cui nos contradicimus in hoc libro. 1

In quo dixi quodam loco de apostolo Petro, quod *in illo tam-* 2

9 non extat 11 Optat. Mil. I, 19. III, 1

1 responditur C^1D^1, respondeatur *V*, responderetur $BC^2EFGQSm$ proymium $C^1D^1H^1M^1R$, prohymium *OV*, prohymemium *Q*, prohemium *GP*, proemium $BC^2FM^2NS^2$, premium *E* uoluimus ut CD^1, uolumus *NR*, nihilominus uolumus *E*, nihilhominus QS^1V, nihilominus *cet. v* 2 cantaretur (retur *in ras. m. 2) C*, contar D^1, *t* quanta D^3, cantatur *cet.* non] no *add.* C^2 *in mg.* sint *H* in *om. H* litterum C^1D^1 ordo quippe M^1 3 post proymium $C^1D^2M^1R$, post prohymium *HOV*, post proemium BC^2FM^2N, post prohemium *GPS*, post premium *E*, prohyemium (*om.* post) *Q*, postromium D^1 alico C^1D^1 generi *R* 4 mi D^1 me**trica *Q* 5 compellerent *O* 6 histe P^1 omnis S^1V 7 uero S^1 ypapsalma M^1, ypopsalmo *HR*, ypopsalme *E* hypopsalma *OP* sit *E* 8 XXI *v*, *om. Q* 9 epistolam *CSV*, epistula D^1 unus] primus S^1 10 qui partis** D^2 *in ras.* qui] donatus Q^2 *s. l.* donati* (s *ras.*) *D* 11 marinum *Q* episcopum *H* fuit apud carthaginem *P* cartaginem *CGS*, karthaginem *N*, kartaginem *O* 12 presbiterii *CDEGMRV*, prespiterii *BF*, presbiteri H^1Q^1 tempore presb. mei *BFGS* mei *om.* E^1 scribsi *M* epistola *C* ille (a *ras.*) *H* 13 ait H^1Pa ut *om. H* in *exp.* D^2 in eius] mens *E* communionae D^1, communionem *BFGS* 14 in hoc libro *om. m* 15 quodam] in q. *m pr.* in *om. O*

quam in petra fundata sit ecclesia. qui sensus etiam cantatur ore multorum in uersibus beatissimi Ambrosi, ubi de gallo gallinacio ait:

hoc ipse, petra ecclesiae,
canente culpam diluit.

sed scio me postea saepissime sic exposuisse, quod a domino dictum est: tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo ecclesiam meam, ut super hunc intellegeretur, quem confessus est Petrus dicens: tu es Christus, filius dei uiui, ac sic Petrus ab hac petra appellatus personam ecclesiae figuraret, quae super hanc petram aedificatur et accepit claues regni caelorum. non enim dictum illi est: tu es petra, sed: tu es Petrus. petra autem erat Christus, quem confessus Simon, sicut et tota ecclesia confitetur, dictus est Petrus. harum duarum autem sententiarum quae sit probabilior, eligat lector.

3 Alio loco dixi: *nullius mortem deus quaerit.* quod sic accipiendum est, quia homo sibi adquisiuit mortem deserens deum et adquirit, qui non redit ad deum, secundum quod scriptum (2)

2 Ambros. hymn. I (Patrol. lat. XVI p. 1409 M) Exam. V, 24, 88 (I p. 201, 12 sqq. ed. Schenkl) 6 Aug. Serm. LXXVI, 1, 1 7 Matth. 16, 18. Io. 1, 42 9 Matth. 16, 16. Io. 6, 70 11 Matth. 16, 19 13 I Cor. 10, 4

1 aecclesia* *D* 2 beati *BE* ambrosi M^1, ambrosius *H*, ambrosii *cet. v* ubi] bi *H* 3 gallinatio *CEFGHNOQRSV* 4 oc E^1 ipse** *E*, ipsa BC^2OPQ^2RSVv, ipso D^2 petre C^1D^1, p̄ *H* aecclesiae C^1D, ecclesia *a* 5 culpam** (pā *ras.*) E^2 deluit C^2NQ 8 aecclesiam C^1D ut (e *ras.*) *C* hanc *Fa* intellegatur D^2 *s. l.* 10 *ac sic (h *ras.*) *E*, ac sit C^1, ac si *Ra* apellatus *C* persona C^1D^1 aecclesiae C^1D figuraret *Q* 11 supra *OP* aedifica**tur *D* accipit *ER* 12 dictum est illi *BEFGNQRSv*, illi dictum est *P*, dictum illi *V* petra] petrus B^1 14 symon *BEFNOR* et *CDN*, ei *EQR*, eum *cet. v* confitetur ecclesia *B* 15 duarum autem C^1, autem duarum *cet. v* sunt *B* probabilis* (q *ras.*) *E* 17 accipiendum D^2 *s. l.* 18 est *om. PSVm* sibi homo *P* adq:siuit C^1, atquesiuit D^1 19 qui] qđ H^2 redit CD^1ERS^2 *mg.*, recurret Q^1, requirit *P*, recurrit *cet. v*

est: deus mortem non fecit. sed etiam illud non minus uerum est: uita et mors a domino deo est, uita scilicet a donante, mors a uindicante.

(3) Item quod dixi *Donatum*, cuius epistulam refellebam, *rogasse, ut imperator inter ipsum et Caecilianum transmarinos episcopos iudices daret,* non ipsum, sed alium Donatum, eiusdem tamen scismatis, hoc fecisse probabilius inuenitur. ille autem non erat Carthaginiensis Donatistarum episcopus, sed a Casis Nigris, qui tamen primus apud Carthaginem ipsum nefarium scisma conmisit. nec sane *Donatus Carthaginiensis, ut Christiani rebaptizarentur, instituit* — quod ego eum instituisse credideram, quando eius epistulae respondebam — *nec de libro Sapientiae ipse abstulit de media sententia uerba ad rem necessaria,* ubi, cum scriptum sit: *qui baptizatur a mortuo et iterum tangit illum, quid proficit lauatio eius?* iste sic posuit, tamquam scriptum esset: qui baptizatur a mortuo,

1 Sap. 1, 13 2 Eccli. 11, 14 6 Aug. ep. 43, 2, 3 sqq. 8 Aug. de haeres. c. 69 12 et p. 100, 1 Aug. de bapt. VI, 34, 65. c. Cresc. gr. II, 27, 33 14 Eccli. 34, (31 sec. LXX), 30. cf. Aug. ep. 108, 6

2 a *add.* C^2, in *O* 3 mors] et m. *H* 4 donatus S^1V cuius] cus C^1D epistolam C^1 *in ras.* 5 caelianum V^1 transmarinus D^1, marinos *H* 6 epos (o *m. 2 s. l.*) *C*, eps D^1 7 schismatis *HMP* hoc—episcopus *om. B* fęcisse C^1 probauilius S^1 8 erat] enim *H* carthaginensis D^2FHNR, cartaginiensis *S*, karthaginiensis *E*, carthagine ensis D^1 cassis *Oa* 9 primus] ipsum *P* cartaginem BC^1G, chartaginem *S*, karthaginem *N*, kartaginem *O* 10 scisma $BC^2D^2EGNORS$, scima C^1D^1, schisma *cet.* pmisit *Oa* sanet *Q* karthaginiensis EN^2, cartaginiensis *GO*, chartaginensis *S*, carthaginensis *BFHMP*, carthagi-nensis *D* 11 instituisse (i *tert. ex* e *corr.*) *C* 12 eius *om. Oa* epistulae *HM*, epistolae *cet.* 13 sapientiae *mss.; quae genuina Augustini scriptura uidetur; cf. de baptismo VI, 34, 65:* scriptum est apud Salomonem: *qui baptizatur* etc. *de doctr. chr. II, 8,* ecclesiastici *m* de media] dimidiam *BFGOPSVa* sententiam *BFGOPSVa* necessariam C^1D^1 14 cum scriptum] conscriptum C^1D^1, scriptum *G* scriptum sit *BCDFGHN*, sit scr. *cet.* mortuis C^1D^1 15 tanget *H* eum *Ba* profecit *V*, profuit *B* labatio E^1 sic iste *a* sic] sic eam C^2HM 16 est *Oa* pabtizatur B^1, baptizatus P^1 ⁎a i (q *ras.*) *E*

quid proficit lauatio eius? nos autem et antequam esset pars Donati, sic habuisse codices plurimos, uerum tamen Afros, ut non esset in medio: et iterum tangit illum, post addidicimus. quod si iam scirem, non in istum tamquam in furem diuini eloquii uel uiolatorem tanta dixissem.

6 Hic liber sic incipit: *Abs te ipso praesente audieram.*

CAPVT XXI. (XXII.)

CONTRA ADIMANTVM MANICHEI DISCIPVLVM LIBER VNVS.

1 Eodem tempore uenerunt ad manus meas quaedam disputationes Adimanti, qui fuerit discipulus Manichei, quas conscripsit aduersus legem et prophetas, uelut contraria eis euangelica et apostolica scripta demonstrare conatus. huic ego respondi uerba eius ponens eisque reddens responsionem meam. quod hic uno uolumine inclusi et in eo quibusdam quaestionibus non semel, sed iterum respondi, quoniam quod pro me responderam perierat et tunc inuentum est, cum iam iterum respondissem. aliquas sane earundem quaestionum popularibus ecclesiasticis sermonibus solui; adhuc etiam quibusdam non

18 Aug. Serm. 1. 50. 153. 182

1 eius *om. a* 2 donatis *G* cudices *V* affros *BFV* 3 ut] ita ut *FH* illum *om. a* post addidicimus C^1D^1, postea dedicimus *V*, postea didicimus *cet. v* 4 iam] tunc *a* (*mg.*) *m* scissem *a* (*mg.*) *m* *pr.* in *om. RS*^{1} 5 diuinii *F* tanta] tandem t. *SV* dixisse *F* 6 praesentē *E* 7 XXII *v*, *om. BFQ* 8 adimantum (n *in ras.*) *D*, adamantium *E* manichaei *M* 10 eo *O* ad *D*, ad** *C*, in *cet. v* disputationis Q^1 11 adimati C^1D^1, adunantii *E* fuerit $C^1D^1MP^1$, fuerat *cet. v* discipolus *V* manichei discipulus *Ov* 12 aduersum *V* contrario OP^1 eis R^2 *in ras.* euangelica C^1 13 ego *C*, ego *B*, ergo *cet. v* 14 eius** *D* apponens *a* eisque] in e. *OPV*, eiusque *R* 15 quo *R* hic *DR*, hic* *C*, opus *cet. v* conclusi *BEFG NQSVc* aliquibus *M*, quibus S^1 16 quae *P* pro me CD^1, primum *SVc*, in primo Q^1, primo *cet.* 17 et *add.* C^2D^2 *s. l.* inuentus *N* cu D^1 18 aliqua *EOP*, aliqui *B* eorundem *R* 19 aecclesiasticis *D*, et ecc. *FGS* aetiam *D* quibusdam *CDENPQR*, de quibusdam *O*, quibus *cet.*

respondi; aliquae remanserunt, quae rebus aliis magis urgentibus praetermissae sunt cumulo quoque obliuionis adiuncto.

(2) In hoc dixi: *certis enim quibusdam umbris et figuris rerum* 2 *ante domini aduentum secundum mirabilem atque ordinatissimam distributionem temporum populus ille tenebatur, qui testamentum uetus accepit; tamen in eo tanta praedicatio et praenuntiatio noui testamenti est, ut nulla in euangelio atque apostolica doctrina reperiantur quamuis ardua et diuina praecepta et promissa, quae illis etiam libris ueteribus desint.* sed addendum erat 'paene' atque dicendum: *ut* paene *nulla in euangelio atque apostolica doctrina reperiantur quamuis ardua et diuina praecepta et promissa, quae illis etiam libris ueteribus desint.* quid est enim, quod in sermone euangelico in monte dominus dicit: audistis, quia dictum est antiquis hoc; ego autem dico uobis hoc, si nil ipse amplius praecepit, quam praeceptum est in illis ueteribus libris? deinde regnum caelorum illi populo fuisse promissum non legimus in his, quae promissa sunt lege data per Moysen in monte

3 c. Adim. 3, 4 (p. 122, 5 sqq. ed. Zycha) 14 Matth. 5, 21 sq. 17 Matth. 5, 3. 10. 20. 7, 21. 18, 3 18 Ex. 19, 3 sqq.

1 aliqui C^1, alia quae E^2 urguentibus D^1EP^1RSV 2 praetermissi D^1, praetermissa *a* cumulo (l *ras.*) *M*, cumulo *C* adiuncto (nc *in ras. m. 2*) *C* 3 hoc C^1D, hoc ergo *cet. v* ceteris C^1D^1R enim *om.* G^1 4 ante] et a. *H* secundum C^1 5 tem porum] pauperum Q^1 popolus *V* ille populus *B* 6 accipit *H* 7 in *om. O* euangelio CD^1HR, euangelica *cet. v* 8 doctrina *DEPQ²R*, doctrina *C*, disciplina *cet. a* reperiantur (n *in ras. C*) *CD*, repperiantur (eriantur *in ras.*) *M*, repperiantur *cet.* praecerta *H* 9 aetiam *D* desint ueteribus *F* sed—13 desint Q^2 *in mg.* 10 dendum E^1 poenae D^1, pene *CSV*, poene erat *P* ut *om.* V^1 11 euangelio *CDEHOPR*, euangelica *cet. v* atque *om. O* doctrina *CDEOPQRV*, disciplina *cet.* reppeiiantur *DFGHMPV*, reppereantur C^1 12 *alt.* et *om. R* aetiam *D*, *om. BFGNS*^{1} 13 sermonem C^1D^1 euangelio C^1 14 quia BD^1, qu**** C^1, quod *cet.* 15 *pr.* hoc *om. F*, hoc modo *H* autem ego $BGNQ^1S$; hoc] *om. Fv*, hoc est $BGNQ^1S$ nil *CD*, nihil *cet. v* praecipit *H* 17 premissum C^1 18 i:s *m* legi *H*, in lege *R* per] p *C* mosysen O^1, mo*sen *P*

Sina, quod proprie uetus dicitur testamentum, quod praefiguratum dicit apostolus per ancillam Sarrae et filium eius; sed et ibi figuratum est et nouum per ipsam Sarram et filium eius. proinde si figurae discutiantur, omnia ibi prophetata reperiuntur, quae sunt praesentata uel expectantur praesentanda per Christum. uerum tamen propter quaedam praecepta non figurata, sed propria, quae non in uetere, sed in nouo inueniuntur, cautius et modestius diceretur paene *nulla* quam *nulla* hic esse, quae non sint et illic, quamuis illic sint duo illa praecepta de dilectione dei et proximi, quo rectissime omnia et legitima et prophetica et euangelica et apostolica referuntur.

3 Item quod dixi: *tribus modis in scripturis filiorum nomen accipitur,* minus considerate dictum est. et alios enim quosdam modos sine dubio praetermisimus, sicut dicitur filius gehennae uel filius adoptiuus, quae utique nec secundum naturam nec secundum doctrinam nec secundum imitationem (3)

2 Gal. 4, 22 sqq. 10 Leu. 19, 18. Deut. 6, 5. Matth. 5, 43. 19, 19. 22, 37. 39 13 c. Adim. 5, 1 (p. 124, 13) 15 Matth. 23, 15 16 Rom. 8, 15. Gal. 4, 5

1 sina+ *D*, syna *FGHOQR*, propriae *DH* dicitur uetus *Oa* 2 (3) sarae $BD^2E^2FGM^1P^2QRS^2v$ 3 *pr.* et *om. MOPV* ipsam *om. E*, ipsa D^1 4 si *om. H* fugurae B^1C^1, figura H^2, figuratę D^2NQ ubi H^2 propheta H^1S^1, prophetę *N*, prophetica Q^1, prophetię E^2 5 repperiuntur *CDEFGHMPR* praesentata] praesentia *N* 7 *pr.* in *om.* E^1 uetere] ueteri $BD^2E^2FGM^2QRS$, uetere (i *a*) testamento *NOPv* sed] et *BGN* in nouo] non *H* 8 caucius C^1 moderatius *HMOPQVv* digeretur C^1D^1 poenae D^1, pena E^1 nulla quam (*del. m. 2*) *M* quam nulla *om.* Q^1 9 sunt G^1Q^1 *pr.* illic E^2 *in ras.* *alt.* illic] et illic *a* sunt *R*, sic *G* illa duo *Fv* 10 praecepta *om.* E^1 dilectionis (*om.* de) *M* quo] co C^1 11 *pr.* et *om. HR* legalia E^2 *s. l.*, legitime *a* *alt.* et *om.* Q^1 13 modis] m. tantum *F* scripturis C^1D^1R, scr. sacris *B*, scripturis sanctis *cet. v* 14 accepitur C^1M^1 considerate C^1 15 modos (s *add. m. 2*) *M* sine dubio *om.* G^1 praemisimus D^1 16 adoptiuos C^1D^1, adoptiues H^1 qui C^2 quae utique] quaecumq; *N* nec] ñ *R* secundum] s. imitationem *Q* 17 naturam nec secundum *om. H* imitatione D^1

dicuntur. quorum trium modorum, tamquam sola sint, exempla reddidimus: secundum naturam, sicut Iudaei filii Abrahae, secundum doctrinam, sicut filios suos quos euangelium docuit apostolus uocat, secundum imitationem, sicut filii Abrahae nos sumus, cuius imitamur fidem. quod autem dixi: *cum induerit incorruptionem et inmortalitatem, iam non caro et sanguis erit*, secundum corruptionem carnalem dictum est carnem non futuram, non secundum substantiam, secundum quam et domini corpus post resurrectionem caro appellata est. 4

(4) Alio loco: *nisi quisque,* inquam, *uoluntatem mutauerit, bonum operari non potest. quod in nostra potestate esse positum alio loco docet, ubi ait: aut facite arborem bonam et fructum eius bonum, aut facite arborem malam et fructum eius malum.* quod non est contra gratiam dei, quam praedicamus. in potestate est quippe hominis mutare in melius uoluntatem; sed ea potestas nulla est, nisi a deo detur, de quo dictum est: dedit eis potestatem filios dei fieri. 5

2 Io. 8, 37 3 I Cor. 4, 14 sq. 4 Gal. 3, 7. 5 Hebr. 13, 7 6 c. Adim. 12, 5 (p. 143, 11 sqq.) I Cor. 15, 54 9 Luc. 24, 39 11 c. Adim. 26, 1 (p. 185, 14 sqq.) 13 Matth. 12, 33 17 cf. Retract. I, 8, 3 18 Io. 1, 12

1 mod*orum (i *ras.*) *F* tamquam] eam qua* D^1 sola sint] solis in M^1, solos in E^2, solas in E^1, soli sint $D^2FGHNQR$, soliti sint (*ex* sunt) *O*, solita sint *a* exemplar *O* 2 reddedimus C^1D^1, reddimus M^1 iudei *CDSV* fili M^1 habrahae *RS* 3 p euangelium (p *add. m. 2*) *DM* 4 apostolos B^1C^1FG imitationen D^1 fili *M* habrahae *R* 5 nos sumus] nouissimus *H* imitatur E^1 6 incorruptionem] i. carnalem Q^1 7 caro*et (ro *m. 2*, d *ras.*) *H* sanguinis *H* 8 est*** (enī *ras.*) *CD* 9 quam] quod D^2Q^1 et CD^1ER, *om. cet. v* post *CDER*, etiam post *cet. v* appellatum D^2Q 11 quisquam *V* inquam] iniquam B^2, inquiam S^2 mutauero *H* 13 docit C^1, ducit D^1, dūs docet (dūs *m. 2 s. l.*) *QS* facite** D^1 bonam] malam E^1F^1 et] aut C^1D^1 fructū* (s *ras.*) *E* 14 eius] est C^1D^1 bonum] malum E^2 facite** *D* þǫ malum *B* 16 est] ei' *R* quippe est hominis *BFGQ*, q. hominis est D^2Ov, q. esse hominis *N* uoluntatem in melius *B* 17 ea—nulla *om. H* ea] eius Q^1 est] deest *H* 18 **filios (in *ras.*) *E*, filius C^1D^1

cum enim hoc sit in potestate, quod, cum uolumus, facimus, nihil tam in potestate quam ipsa uoluntas est. sed praeparatur uoluntas a domino. eo modo ergo dat potestatem.

6 sic intellegendum est et quod dixi postea: *in nostra potestate esse, ut uel inseri bonitate dei uel excidi eius seueritate mereamur*, quia in potestate nostra non est, nisi quod nostra assequimur uoluntate, quae cum fortis et potens praeparatur a domino, facile fit opus pietatis, etiam quod difficile atque inpossibile fuit.

7 Hic liber sic incipit: *De eo, quod scriptum: in principio deus fecit caelum et terram.*

CAPVT XXII. (XXIII

EXPOSITIO QVARVNDAM PROPOSITIONVM EX EPISTVLA APOSTOLI AD ROMANOS.

1 Cum presbyter adhuc essem, contigit, ut Carthagine inter nos, qui simul eramus, ad Romanos apostoli epistula legeretur,

2 et 7 Prou. 8, 35 sec. LXX 4 c. Adim. 27, 1 (p. 186, 26 sqq.) 10 Gen. 1, 1

1 sit enim hoc *O* (2) potestatē C^1D^1 uoluimus *Q* 2 ipse H^1 praeparamur Q^1 3 ergo modo *P* 4 et *om. OP* postea dixi *G* 5 ut *om. CD* inferi *F* bonitati D^2Pa, bonitatem E^1 6 *pr.* nr̃a*** (est *ras.*) *N* non] nos *M pr.* nostra *CE*, nostram *cet. v* 7 assequimur CD^1, sequimur E^2, sequitur *cet. v* sequitur nostram *F* uoluntate *D*, uolantate *E*, uoluntatem *cet. v* q̃: *C* 8 sit *FG* opus] o *H* piaetatis *D*, potestatis *V* atque] aq: C^1D^1 10 hic—terram D^2 *in ras.* de eo] deo *Q* scriptum *C*, s. est *cet. v* in *om. C* 11 deus fecit *CE*, fecit deus *cet. v* et terram *om. F* 12 XXIII *v*, *om. BFPQ* 13 expositio—propositionum D^2 *in ras.* propositio H^1 14 epistula C^1D^1M, epistola pauli *F*, epistola *cet.* apostoli *om. O* romanus D^1, romanos ł ·I· *R* 15 presbiter *BCDGHMQS*, prespiter *F* conti▪git (n *ras.*) *CD* ****carthagine (i *alt. m. 2*) *C*, carthaginem D^1, apud cartaginem *GS*, apud chartaginem *P*, ap. karthaginem *EN*, ap. kartaginem *O*, apud carthaginem *cet. v* 16 romanus C^1D^1 epistula E^1M, epistola *cet. v* epistola apostoli *a* legeretur epistola *N*

et quaedam interrogatus a fratribus quibusdam cum sicut poteram responderem, uoluerunt scribi potius, quae dicebam, quam sine litteris fundi. ubi cum eis obtemperarem, liber unus accessit superioribus opusculis meis.

In quo libro: *quod autem ait*, inquam, *scimus, quia lex* 2 *spiritalis est; ego autem carnalis sum, satis ostendit non posse inpleri legem nisi ab spiritalibus, quales facit gratia dei.* quod utique non ex persona apostoli accipi uolui, qui iam spiritalis erat, sed hominis sub lege positi, nondum sub gratia. sic enim prius haec uerba sapiebam, quae postea lectis quibusdam diuinorum tractatoribus eloquiorum, quorum me moueret auctoritas, consideraui diligentius et uidi etiam de ipso apostolo posse intellegi, quod ait: scimus, quia lex spiritalis est; ego autem carnalis sum, quod in eis libris, quos contra Pelagianos nuper scripsi, quantum potui, diligenter ostendi. in isto ergo libro et hoc, quod dictum est: ego autem carnalis sum et deinde cetera usque ad eum locum, ubi dixit: miser ego homo, quis me liberabit de

5 Expos. ep. ad Rom. prop. 41 Rom. 7, 14 9 Rom. 1, 11 Rom. 6, 14 sq. 11 Cyprian. de dom. or. 16 (I, 278 Hart.) Ambros. de paenit. I, 3 15 Aug. de grat. Chr. 43. c. duas epp. Pel. I, 17—25. c. Iulian. II, 3. VI, 23, 70. op. inp. c. Iul. I, 99. Serm. 154. cf. ad Simplic. I, 1. expos. ep. ad Gal. c. 5. de ciu. dei XXII, 21 18 Rom. 7, 24 sq.

1 quadam *E* interrogatus *scripsi*, interrogata $C^1D^1ERS^2$ (*mg.*), interrogabar *cet. v* quibusdam $BC^1D^1EFGM^2NRS$, quibus *cet. v* dum *Q* sicut (t *m. 2*) *C*, sicum D^1 2 potui D^2 responderē* *C*. respondissem *P* uoluerunt *om.* C^1D^1R, *post* potius *posuit* D^2 dacebam D^1 3 ei*s (u *ras.*) *D* obtemperem *H*, obteperarem *Q* 5 quia *om. E* 6 ostendi *a* 7 a *OPSV* spiritalibus (b *m. 2 in ras.*) *M* fecit D^2 8 apostoli *om.* C^1DR accepi C^1 accipi apostoli *E* 9 homines M^2 possiti *H* 10 prius] prauis *H* uerba *C*, uerba* *D* uerba haec *B* sapiebat H^1, sapiebant H^2 11 tractatoribus diuinorum *O* eloq. tractatoribus *a* 12 mouerit C^1D^1, moret H^1 consideraui (ui *m. 2 in ras.*) *D* *etiam *D* 13 apostulo *V* quia *CD*, quoniam *cet. v* 14 est *om. B* carnalis sum *om. B* quod—17 sum et *om.* C^1D^1R 15 pelagianos C^2 nuber E^1 16 ergo *om. O* quod *om. H* 18 dixit CD^1ER, dicit *cet. v* liberauit C^1HR^1S

corpore mortis huius? gratia dei per Iesum Christum, dominum nostrum, dixi hominem describi adhuc sub lege, nondum sub gratia constitutum, bene facere uolentem, sed uictum concupiscentia carnis male facientem. a cuius concupiscentiae dominatu non liberat nisi gratia dei per Iesum Christum, dominum nostrum dono spiritus sancti, per quem diffusa caritas in cordibus nostris uincit carnis concupiscentias, ne consentiamus eis ad male faciendum, sed potius bona faciamus. unde quidem iam euertitur heresis Pelagiana, quae uult non ex deo nobis, sed ex nobis esse caritatem, qua bene ac pie uiuimus. sed in illis libris, quos aduersus eos edidimus, etiam spiritalis hominis iamque sub gratia constituti melius intellegi uerba ista monstrauimus propter corpus carnis, quod spiritale nondum est, erit autem in resurrectione mortuorum, et propter ipsam carnis concupiscentiam, cum qua ita confligunt sancti non ei consentientes ad malum, ut tamen eis motibus, quibus repugnantibus resistunt, non careant in hac uita. non eos autem habebunt in

4 I Io. 2, 16 5 Rom. 7, 25 6 Act. 2, 38 7 Rom. 5, 5 I Io. 2, 16 10 Aug. de haeres. c. 88 11 Aug. c. duas epp. Pel. I, 10, 17. de perf. iust. hom. 11, 28. de grat. Chr. 39, 43 sq.

2 dominum nostrum *om. H* dixi *del. P* descripsi *P*, scribi *H* 3 non *H* uoluntatem *EF*^{1}*O*^{1} 4 con*cupiscentia* *C*, concupiscentia* *D*, concupiscentię *S* carnis—concupiscentiae *E*^{2} *in mg.* con*cupiscentiae *C* 5 liuerat *E*^{1} 6 dominum nostrum *om. MOPV* dono *om. H* scs *ex* sci *corr. H*^{2} 7 quae *D*^{1} difusa *P*, diffusa est *CS* uicit *G*^{1}, uincimus *E*^{2} carnis* (nis *in ras.*) *H* 8 concupiscentiam *CD*^{1} 9 potius *om. O* quidem *om. a* uertitur *M*, euertatur *Q*^{1} hereses *S*^{1} euertitur h. iam *B* 10 pelagiena *P*, pelagyana *F* non ex—p. 109, 3 paulo post *om. P* *alt.* ex *om. R*^{1} 11 qua* (e *ras.*) *M*, quia *D*^{1} pieque (*om.* ac) *a* uiuamus *D*^{2}*Q* 12 ededimus *V* iamquae *D*, que iam *Q* 14 carnis corpus *SVv*, carnis opus *O* quod] dñs *add. M*^{2} *in mg.* 15 resurreccionem *D*^{1} ipsam *om. a* concupiscentiam carnis *C, corr. m. 1* 16 ita *om. F*^{1} confligunt *B*^{1} scī* *C* ei* (s *ras.*) *O* 17 eius *EHMOPQ*^{2}*Vv* quibus] in q. *H* repugnantes *FH*

illa, ubi absorbebitur mors in uictoriam. propter hanc itaque concupiscentiam motusque ipsius, quibus ita resistitur, ut tamen sint in nobis, potest quisque sanctus iam sub gratia positus dicere ista omnia, quae esse dixi uerba hominis nondum sub gratia positi, sed sub lege. quod hic ostendere longum est et ubi id ostendi dictum est.

(2) Item quod disputans, quid elegerit deus in nondum nato, 3 cui dixit seruiturum esse maiorem, et quid in eodem maiore similiter nondum nato reprobauerit, de quibus propter hoc commemoratur quamuis longe postea prolatum propheticum testimonium: Iacob dilexi, Esau autem odio habui, ad hoc perduxi ratiocinationem, ut dicerem: *non ergo elegit deus opera cuiusquam in praescientia, quae ipse daturus est, sed fidem elegit in praescientia, ut, quem sibi crediturum praesciuit,*

1 I Cor. 15, 54 3 Rom. 6, 14 6 Retract. I, 22, 2 (p. 105, 15) 7 *Item quod*—110, 18 *tractauerim*] Aug. de praedest. sanctt. 3, 7 sq. Aug. (Hilar.) ep. 226, 3 11 Rom. 9, 13. Mal. 1, 2 sq. 12 Expos. ep. ad Rom. 60. cf. Aug. de praedest. sanctt. 1, 3

1 absoruebitur E^1H, absorbitur $B^1C^1D^1R$ uictoria BD^2E^2HOSa itaquae D, quippe B 2 ipsos *BEFGQRS*, *om. a* ut (t *s. l.*) *CD* 3 sanctis E^1 positus] potius GS^1 4 quae C^1DH, quae hic *cet. v* 5 hic (ic *in ras.*) *C* longum est ostendere *E* 6 ubi id D^1ERS^2 *mg.*, ubi ***id (hoc *ras.*) *C*, ubi hoc *cet.*, hoc ubi *v* ostendi D^1ER, ostend** (erī *ras.*) *C*, ostenderem *BGS*, ostenderim *cet. v* 7 item quod] itemque *O*, item *Qv* disputas *H* *elegerit (d *ras.*, i *ex* e) *C*, elegeret D^1, legerit E^1, egerit *H* nato (o *in ras. m. 2*) *C*, natus D^1, nato* *S* 8 cui] cum *O* maiore D^1 et—maiore *om. H* odem D^1 9 nato* *C*, natum D^1H reprobaberit *V* propter *expunxit* E^2 10 postea *om. B* probatum *a in mg.* profeticum *H*, proticum E^1 11 dilexi** *C*, dilexi* (t *ras.*) *D* odio *om. B*, hodi *S* abui *Q* 12 huc B^1, hanc B^2 praedixi S^1 · ratiocinationem (natio *in ras.*) *C* ut dicerem (ic *s. l.*) *C*, D^2 *in ras.* ergo] enim *BF* eligit D^2M 13 operam CD^1, **** opera (ergo *ras.*) *H* in praescientia G^2R^2 *in ras.*, in praesentia Q^1a (*mg.*) in praescientia—elegit *om.* F^1 ipsi B^1 14 eleget C^1, eligit BD^2M praestiencia C^1, praescientiā E^1, praesentia Q^1a (*mg.*) crediturum D^1, crediturum*** (esse *ras.*) *C*, crediturum esse *cet. v*

ipsum elegerit, cui spiritum sanctum daret, ut bona operando etiam aeternam uitam consequeretur, nondum diligentius quaesieram nec adhuc inueneram, qualis sit electio gratiae, de qua idem dicit apostolus: reliquiae per electionem gratiae factae sunt; quae utique non est gratia, si eam merita ulla praecedunt, ne iam quod datur non secundum gratiam, sed secundum debitum reddatur potius meritis quam donetur. 4 proinde quod continuo dixi: *dicit enim idem apostolus: idem deus, qui operatur omnia in omnibus; nusquam autem dictum est: deus credit omnia in omnibus,* ac deinde subiunxi: *quod ergo credimus, nostrum est, quod autem bene operamur, illius est, qui credentibus dat spiritum,* profecto dicere non deberem, si iam scirem etiam ipsam fidem inter dei munera reperiri, quae dantur in eodem spiritu. utrumque ergo nostrum est propter arbitrium uoluntatis et utrumque tamen datum est propter spiritum fidei et caritatis. neque enim

4 Rom. 11, 5 8 Expos. ep. ad Rom. 60 9 I Cor. 12, 6 14 I Cor. 12, 9 16 II Cor. 4, 13

1 elegeret C^1, eligeret BC^2, eligerit G^1, eligerat H^2, elegit E donaret B 2 aetiam D uitam aeternam Nv consequaeretur D, sequeretur H, consequetur R^1, consequantur B^1 quaesieram diligentius N 3 de qua—gratiae *om.* H de grąę qua Q 4 reliquae E^1 eleccionem D 5 factae $C^1D^1E^1M^1R^1$ (*graece* λεῖμμα κατ᾽ ἐκλογὴν χάριτος γέγονε), saluae factae *cet. v* factae sunt *expunxit* H^2 eam C merita ulla* C, m. ullam D^1 6 praecedant G^1Hv ne (n *in ras.*) C, e *in ras.* D^2, nec M^1 non—donetur F^2 *in ras. et in mg.* gratiam—secundum *om.* S^1 7 debitum (m *m. 2 in ras.*) C quam meritis BF^2GNQS, quam sine m. D^2 meretis C^1, meretur (e *alt. ex* i) H quam *expunxit* D^2 donetur] gratiae *add.* E^2 *s. l.* 8 *pr.* idem *om.* HQ^1 apostolus *om.* Q^1 9 nusquam—omnibus G^2 *in ras.* Q^2 *in mg.* 10 d*eind*e (i *ras.*) CD subiuncxi MQ^1 11 bene CD^1ER, *om.* H, bonum *cet. v* 12 spiritum CD^1R, sp. sanctum *cet. v* dicere non deberem CD^1, non deberem D^2, non dicerem *cet. v* 13 scirem (m *del. m. 2*) M, sci***ferem D muneram C^1D^1 14 repperiri C^1D^1EF $GHMRV$ utrumquae D 15 tamen *om.* F^1 16 propter CD^1, per *cet. v*

sola caritas, sed, sicut scriptum est, caritas cum fide a deo patre et domino nostro Iesu Christo.

(3) Et quod paulo post dixi: *nostrum est enim credere et uelle, illius autem dare credentibus et uolentibus facultatem bene operandi per spiritum sanctum, per quem caritas diffunditur in cordibus nostris*, uerum est quidem, sed ea regula et utrumque ipsius est, quia ipse praeparat uoluntatem, et utrumque nostrum, quia non fit nisi uolentibus nobis. ac per hoc, quod etiam postea dixi: *quia neque uelle possumus, nisi uocemur, et cum post uocationem uoluerimus, non sufficit uoluntas nostra et cursus noster, nisi deus et uires currentibus praebeat et perducat, quo uocat*, ac deinde subiunxi: *manifestum est ergo non uolentis neque currentis, sed miserentis dei esse, quod bene operamur*, omnino uerissimum est. sed parum de ipsa uocatione disserui, quae fit secundum propositum dei; non enim omnium, qui uocantur, talis est, sed tantum electorum. itaque quod paulo post dixi: *sicut enim in his, quos elegit deus, [non opera, sed] fides incoat meritum, ut per munus dei bene operentur, sic in his, quos damnat, infidelitas et inpietas incoat poenae meritum, ut per ipsam poenam*

1 Eph. 6, 23 3 Expos. ep. ad Rom. 61 5 Rom. 5, 5 7 Prou. 8, 35 sec. LXX 9 Expos. ep. ad Rom. 62 13 Rom. 9, 16 15 Rom. 9, 11 18 Marc. 13, 20. Act. 1, 2

3 dixi] dicere P^2 *s. l.* enim est *B* credere] et c. D^2Q 4 dare] tñ *H* 5 caritas] c. dei *BFGNQ*^{1} 6 ea $C^1D^1E^1R$, & E^2, eadem *cet. v* regula *expunxit* E^2, recula C^1 7 uoluntantem *B*, uoluntate D^1 8 fit *ex* sit *E* 9 etiam quod *H* 11 ueres C^1D^1 curentibus E^1 praeueniat *E* 12 ducat *E* quo* (d *ras.*) *C*, quod *D* ac] *ac (h *ras.*) *CD*, et *O* subiunxi] quod s. E^2, subiunxit *S* 13 uolentes D^1 miserenti C^1, miserentis ęst *V*, miserantis *BF*, miseren D^1 14 omnino] et o. *N* paruum B^1 15 secundum *C, om.* R^1 prepositum *S* 16 enim] ee *H* tantum] tñ *H* 17 ihis *O*, iis *m* 18 eligit *MPQm* dš *ex* sed *corr.* C^2, *om. E* non opera sed *inclusi, om.* CD^1R fidei (i *alt. ex* s) E^2R incoat *EOR*^{1}*S*, inquoat C^1D^1, in quo** D^2, inchoat *cet. v* 19 manus EM^2P^1 iis *m* dampnat S^2 20 et inpiaetas *del.* D^2 incoat D^1E, inquoat C^1, inchoat *cet.* poene *M*, pene *C*, paene *D* merito C^1D^1 ****ipsam *B*

etiam male operentur, uerissime dixi, sed fidei meritum etiam ipsum esse donum dei nec putaui quaerendum esse nec dixi.

8 Et alio loco: *cuius enim miseretur,* inquam, *facit eum* (4) *bene operari, et quem obdurat, relinquit eum, ut male operetur. sed et illa misericordia praecedenti merito fidei tribuitur et ista obduratio praecedenti inpietati.* quod quidem uerum est, sed adhuc quaerendum erat, utrum et meritum fidei de misericordia dei ueniat, id est utrum ista misericordia ideo tantum modo fiat in homine, quia fidelis est, an etiam facta fuerit, ut fidelis esset. legimus enim dicente apostolo: misericordiam consecutus, ut fidelis essem, non ait: quia fidelis eram. fideli ergo datur quidem, sed data est etiam, ut esset fidelis.

9 rectissime itaque alio loco in eodem libro dixi: *quoniam si non ex operibus, sed misericordia dei et uocamur, ut credamus, et credentibus praestatur, ut bene operemur, non est gentibus ista inuidenda misericordia,* quamuis minus ibi diligenter de illa, quae per dei propositum fit, uocatione tractauerim.

10 Hic liber sic incipit: *Sensus hi sunt in epistula Pauli ad Romanos.*

4 Expos. ep. ad Rom. 62. Rom. 9, 18 11 I Cor. 7, 25 14 Expos. ep. ad Rom. 64 15 Rom. 8, 28

1 uerissimae *D* 2 *alt.* nex *Q* 4 et *om. H* meretur H^1 fecit F^1 5 relinquid $C^1D^1H^1$ mala D^1HORa .6 *pr.* et *om.* ES^1, in Q^1 merito —praecedenti *om. R* 7 inpiaetati *D*, impietati* *V*, impietate *B* 8 quaendum C^1, quendam D^1 de *om. OPa* misericordiam *a* 9 dei *om. BE* praeueniat *OPa* 11 dicentem C^1H^1 12 consecutus C^1D^1, consecutus (consequutus *EH*) sum *cet. v* quia] qua C^1D^1 erant *G* 13 fideli] fidelis *N* ergo] enim *F* fidelis esset *F*, essem fidelis *O* 14 rectissimae *D* in eod(em) *C in ras.* libru*(m *ras.*) D^1, loco *G* si *om. E* 16 ut C^2D^2 *s. l.* operamur C^1 17 misericordia (ericordia *m. 2 s. l.*) *C* minus D^2 *s. l.*, munus B^1 ibi minus *Oa* 18 per] opere *S* prepositum *S* tractauerim *om. H* 19 hi] hii EH^1NOR in—romanos D^2 *in ras.* epistola *CDHS* pauli ad romanus (us *in* os *corr. m. 2*) *CE*, pauli apli ad romanos *R*, ad romanos apostoli D^2, ad rom. pauli apostoli *cet. a*

XXIIII.) CAPVT XXIII.

EXPOSITIO EPISTVLAE AD GALATAS LIBER VNVS.

Post hunc librum exposui eiusdem apostoli epistulam ad 1
Galatas non carptim, id est aliqua praetermittens, sed continuanter et totam; hanc autem expositionem uno uolumine conprehendi.

In quo illud, quod dictum est: *priores ergo apostoli ueraces,* 2
